41411. — *Jacobo, regi Majoricarum,* indultum ut VIII clerici sui, domestici et famil., suis obsequiis insistentes, fructus omnium benef. suorum integre percipiant ad aliud triennium, a fine alterius triennii ipsi jam concessi computandum. — I. e. m. Majoricen. et Elnen. ep.is, ac abbati monasterii de s. Genesio Elnen. di. (*A.* 31, f. 87 [a]; *V.* 87, ep. 2761)

Ut s. T. XI, XIII.

41412. — *Bernardino, nato Philippini de Luschis, civis Regin., cler. Regin.,* gratia exsp. beneficii sæcul. s. c., (50 flor. auri), in civitate vel di. Regin., ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Apollonii de Canossa, O. S. B., Regin. di. — I. e. m. Regin., et de Prato ac de Rivalta, Regin. di., archipr.is eccl. (*A.* 31, f. 249 [a]; *V.* 88, ep. 3065.)

Ut s. T. XI, XIII.

41413. — *Francisco, nato n. v. Bonifacii de Arcellis, clerico Placentin. di.,* gratia exsp. beneficii ecclesiastici s. c. (50 flor. auri), ad disposit. patriarchæ Aquilegen. spectantis, in di., civitate vel patriarchatu Aquilegen. — In e. m. abbati monast. s. Sepulcri, et præp. s. Joannis de Domo Placentin., ac archipr. ecclesiarum de Cagnano, Placentin. di. (*A.* 31, f. 285 [b]; *V.* 88, ep. 3174.)

Datum *Avenione.*

29 maii 1328. (IV kal. jun.) T. XI, XIII.

41414. — *Galvano, filio quondam Ægidii de Rocha,* prov. canon. sub exsp. præb. plebis de Pomario, Placentin. di. — I. e. m. ut s. (*A.* 32, f. 246 [b]; *V.* 88, ep. 3176.)

Ut s. T. XI, XIII.

41415. — Item in ecclesia s. Joannis de Modoetia, Mediolanensis di., *Philippo, filio Joannis de Sicca militis.* — In e. m. ut s. (*A.* 32, f. 246 [b]; *V.* 88, ep. 3177.)

Ut s. T. XI, XIII.

41416. — Item in eccl. S. M. de Bigulis Placentin. *Guillelmo Gati de Pomario.* — In e. m. abbati monast. s. Sisti Placentin., et præp. s. Joannis de domo Placentin., ac archipr. de Cagnano, Placentin. di., eccl. (*A.* 32, f. 247 [a]; *V.* 88, ep. 3179.)

Ut s. T. XI, XIII.

41417. — *Leonardo, filio Joannis Cupalatæ,* item in ecclesia s. Antonini Placentin. — In e. m. ut s., n. 41414. (*A.* 32, f. 247 [a]; *V.* 88, ep. 3180.)

Ut s.

41418. — *Paulo, filio quondam Riccardi de Arcellis,* item in eccl. Pergamensi. — In e. m. ut s., n. 41416. (*A.* 32, f. 247 [a]; *V.* 88, ep. 3181.)

Ut s. T. XI, XIII.

41419. — *Joanni, nato Oberti Sanaxerii,* prov. canon. sub exsp. præb. plebis s. Petri de Duliaria, Placentin. di. — I. e. m. ut s., n. 41414. (*A.* 31, f. 286 [a]; *V.* 88, ep. 3188.)

Ut s. T. XI, XIII.

41420. — *Bernardo, nato Alberti de Castronovo,* similis gratia in plebe s. Martini de Turrano, Placentin. di. — I. e. m. ut s. (*A.* 31, f. 286 [b]; *V.* 88, ep. 3189.)

Ut s. T. XX.

41421. — *Abbati monast. s. Sepulcri Placentin., et præp. s. Joannis de Domo Placentin., ac archipr. de Cagnano, Placentin. di., eccl.* mand. pro receptione Manuelis, nati Alberti de Castronovo, cler. Placentin., in monast. s. Euphemiæ Placentin., O. S. A., per præp. soliti gub. (*A.* 31, f. 288 [b]; *V.* 88, ep. 3191.)

Ut s. T. XI, XIII.

41422. — *Albrigoto de Vicecomitibus* gratia exsp. benef. s. c. (50 l. t.), ad collat. ep.i et capituli Ambianen.; non obst. canon. sub exsp. præb. eccl. S. M. in Gariverti Placentin. — I. e. m. s. Petri Corbeyen., Ambianen. di., et s. Joannis extra muros Ambianen. monast. abbatibus, ac mag. Busolo de Parma, can. Tornacen., cap. Papæ. (*A.* 31, f. 421 [a]; *V.* 88, ep. 3502.)

Ut s. T. XII ½, XIV ½.

41423. — *Antonino Biffe, mon. monasterii s. Savini Placentin., O. S. B.,* gratia exsp. prioratus, administr. seu rectoriæ c. c. vel s. c., ad collat. abbatis et conv. ejusdem monasterii et per ejus mon. soliti gub.; cassatur gratia exsp. dign., vel personatus seu off., ad ipsorum abbatis et conv. collationem pertinentis et per dictos mon. soliti gub., ipsi dudum concessa, nam abbas et conv. præfati nullam sive nullum dignitatem vel personatum seu off. conferre habent ad eorum collationem, sed tantum quosdam prioratus, administrationes et parochiales ecclesias. — I. e. m. abbati monast. s. Sepulchri, et archid., ac Jacobo de Lavernasco, can. eccl. Placentin. (*A.* 31, f. 444 [a]; *V.* 88, ep. 3576.)

30 maii 1328 [1]. (III kal. jun.) Gr. pro Deo.

41424. — Indulg. I anni visitantibus ecclesiam monasterii s. Catherinæ in Monte Synay, O. S. Basilii, in ejusd. sanctæ honore fundatam, in qua corpus ejusdem virginis requiescit, in ipsius s. Catherinæ festivitate annuatim, et ad reparationem dictæ eccl. manus porrigentibus adjutrices. (*A.* 30, f. 412 [b]; *V.* 86, ep. 1928.)

31 maii 1328. (II kal. jun.) T. XVI.

41425. — *Ramundo quond. Ægidii de Paullis, cler., non conjugato nec in sacris ord. constituto, Cremonen. di.,* conc. tabellionatus off., cum forma juramenti fidelitatis R. E. ab ipso præstandi. (*A.* 29, f. 134 [b]; *V.* 85, ep. 1026.)

Ut s. T. XIII ½, XV ½.

41426. — *Guillelmo de Navilleyo, sacristæ prioratus s. Marcelli Cabilonen., Cluniac. ord.,* gratia exsp. prioratus, vel personatus, seu off. aut benef., spectantis ad collat. prioris et conv. prioratus de Gigniaco, ad quem se transferre tenetur, dicti ord., Lugdunen. di., cum facultate retinendi dictum officium sacristiæ quousque hujusmodi prioratum vel personatum etc. assecutus fuerit. — I. e. m. abbati monasterii

1. Reg. Vat. = IV kalendas junii.

Datum *Avenione*.

Trenorchien., Cabilonen. di., et cantori, ac Guillelmo de Tureyo, can. eccl. Cabilonensis. (*A*. 30, f. 462 [b]; *V*. 87, ep. 2131.)

31 maii 1328. (II kal. jun.) T. XI 1/2, XIII 1/2.

41427. — *Bernardo Pellicerii, can. præben. eccl. Veneten.*, gratia exsp. beneficii (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), pertin. ad collationem ep.i Venetensis; cum obligatione dimittendi parochialem eccl. de Landaule, Veneten. di. — I. e. m. decano Engolismen., et archid. ac thesaur. Veneten. eccl. (*A*. 30, f. 508 [a]; *V*. 87, ep. 2227.)

Ut s. T. XI, XIII.

41428. — *Berengario Gazull, cler. Vicen. di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), pertin. ad collationem præp. monast. Celsonensis, per præp. soliti gub., O. S. A., Urgellen. di. — I. e. m. Vicen. et Ilerden. archid.is, ac Bernardo de Plicamanibus, can. ejusdem Ilerden. eccl. (*A*. 30, f. 571 [b]; *V*. 87, ep. 2344.)

1 (kal.) *jun. 1328* [1]. T. XX.

41429. — *Joanni, ep.o Carnotensi*, indultum celebrandi vel celebrare faciendi, antequam dies illucescat. (*A*. 30, f. 363 [b]; *V*. 86, ep. 1295.)

Ut s. Gratis pro Deo.

41430. — *Ep.o Lichefeldensi* mand. ut Walterum, natum Eliæ de Neuton, pauperem presb. suæ di., reducat in possessionem perp. vicariæ de Baukewelle, dictæ di., quam ille ipsi Waltero, virtute gratiæ per PP. concessæ, contulerat, amoto ab ea Roberto Bernardi, dictæ di. cler., qui prætendens sibi de ea per decanum et capit. Lichefelden., ad quos ipsius vicariæ collatio pertinet, fore provisum, occupavit et occupatam detinet. (*A*. 30, f. 402 [b]; *V*. 86, ep. 1883.)

Ut s. T. XVI.

41431. — *Joanni, ep.o Carnotensi*, facultas, ad triennium, reconciliandi per alium ecclesias et cæmeteria violata suarum civit. et di. (*A*. 30, f. 410 [b]; *V*. 86, ep. 1931.)

Ut s. T. XI, XIII.

41432. — *Joanni Andreæ, de Montealbano*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Venetensis. — I. e. m. ep.o Mirapiscen., et decano s. Stephani de Tescone Montisalban., ac Bernardo Pelhicerii, can. Veneten. eccl. (*A*. 30, f. 414 [b]; *V*. 86, ep. 1947.)

Ut s. T. XI, XIII.

41433. — *Hugoni Vinhonis, mon. monast. Crudaten., O. S. B., Vivarien. di.*, gratia exsp. administr., aut prioratus, vel off. aut benef. c. c. vel s. c. (100 l. t. sec. tax. dec.), ad collat. abbatis ejusdem monasterii pertinentis et per ejus mon. gub. soliti; cum obligatione dimittendi cantoriam in dicto monasterio. — I. e. m. ep.o Vivarien., et priori de Rumpon, Vivarien. di., ac præcentori eccl. Avenionen. (*A*. 30, f. 542 [a]; *V*. 87, ep. 2037.)

Ut s. T. XII, XIV.

41434. — *Milano de Medio* collatio archipresbyteratus c. c. plebis de Caldario, Tridentin. di., vac. per resignationem Nicolai de Marzolaria ex causa permutationis cum canon. et præb. ecclesiæ Bononien. apud S. A. factam; non obst. in Papien., Terdonen., S. M. de Vigozello et S. M. de Valentia eccl. canon. et præb., et hospitali s. Joannis de Valentia, Terdonen. et Papien. di., ac rurali eccl. s. Vilii de Monte, Vercellen. di., super qua litigat, et quam dimittere tenetur. — I. e. m. ep.o Terdonen., et abbati monast. s. Laurentii prope Tridentum, ac Busolo de Parma, can. Tornacen., cap. Papæ. (*A*. 30, f. 430 [b]; *V*. 87, ep. 2071.)

Ut s. T. XII, XIV.

41435. — *Nicolao de Marzolaria, cap. Papæ*, collatio canon. et præb. eccl. Bononien. vacantium per resignationem supradicti Milani ex causa jam dictæ permutationis ap. S. A. factam; non obst. quod in litteris apost., quibus de præfato archipresbyteratu de Caldario sibi per PP. provisum est, caveatur expresse quod, elapso quinquennio a tempore provisionis, quod nondum est elapsum, illum, quem interim una cum archipresbyteratu plebis de Bundeno, Ferrarien. di., ex dispens. apost. retinere poterat, dimittere teneretur; aut quod dictum archipresb. plebis de Bundeno, necnon in Aquilegen. et Civitaten., Aquilegen. di., canon. et præb. obtineat, ac in Parmen. eccl. sub exsp. præb. in can. auct. apost. sit receptus. — I. e. m. ep.o Parmen., et abbati

1. Reg. Vat. = kalendis julii.

Datum *Avenione.*

monast. Nonantulan., Mutinen. di., ac Bosolo de Parma, can. Tornacen., Papæ cap. (*A.* 30, f. 431 [a]; *V.* 87, ep. 2072.)

1 (kal.) *jun. 1328.* T. XXIV.

41436. — *Mag. Bindo de Senis, præp. eccl. Colonien., not. Papæ, et s. Dionysii Mediolanen. ac s. Savini Placentin. monast. abbatibus.* Dudum officium superstantiariæ ecclesiæ s. Stephani Mediolanen., perpetuum existens et consuetum interdum clericis quandoque laicis assignari, ante obitum Oddonis de Pontealea, laici, postmodum apud castrum Cortidoni, Avenionen. di., defuncti, Papa dispositioni suæ reservaverat, et deinde b. m. Petro s. Angeli diac. card., tunc viventi, facultatem concesserat illud personæ idoneæ conferendi. Cum autem idem cardinalis Guillelmo, nato Pucii de Badelo, cler., tunc famil. suo, contulisset, ad nonnullos actus super executione hujusmodi procedendo, tamen subexecutores a dicto card. deputati, licet requisiti, propter minas et terrores quæ inferebantur eisdem, ad executionem hujusmodi minime processerunt. Quare Papa præposito et abbatibus supradictis mandat ut in hujusmodi provisionis negotio ulterius procedant. (*A.* 30, f. 488 [a]; *V.* 87, ep. 2194.)

Ut s. T. XI, XIII.

41437. — *Simoni Violettæ, de Villaregia, cler. Ambianen. di.*, gratia exsp. beneficii (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t.), in civitate vel di. Belvacen., ad collat. ep.i et capit. Belvacen. — I. e. m. abbati monast. s. Luciani, Belvacen. di., et Petro Martini, Xanctonen., ac Gasberto Baratæ, Ambianen. can. eccl. (*A.* 31, f. 394 [a]; *V.* 88, ep. 3434.)

Ut s. T. XVI.

41438. — *Magdalæ, natæ quond. Rodulphi de Sabbatinis, civis Bononien., puellæ litteratæ.* Confirmatur mandatum Bertrandi, Ostien. et Velletren. ep.i, tunc s. Marcelli presb. card., A. S. legati, abbati s. Felicis et priori s. Bartholi per priorem soliti gub. monast. Bononien., ac mag. Bonandreæ de Bononia, can. Tridentin., directum pro receptione ipsius Magdalæ in monasterio ss. Vitalis et Agricolæ Bononien., O. S. B., in quo certus numerus monialium habetur institutus. (*A.* 31, f. 428 [a]; *V.* 88, ep. 3538.)

2 (IV non.) *jun. 1328.* T. XX.

41439. — *Archid. Tirasonensis, et Bernardo de Plicamanibus, Ilerden., ac Guillelmo de Podiatis, Barchinonen. eccl. can.*, mand. pro receptione Petri de Villanova, clerici Terraconen. di., in ecclesia Terraconensi, O. S. A., in qua certus can. numerus esse dicitur institutus. (*A.* 30, f. 389 [b]; *V.* 86, ep. 1892.)

Ut s. T. XII, XIV.

41440. — *Joanni Alealini, can. eccl. s. Exuperii Corbolien., Parisien. di., licentiato in legibus*, indultum ut, insistens scolasticis disciplinis in loco ubi studium vigeat generale seu in altero benef. suorum residens, fructus eorumdem, usque ad triennium, integre percipiat. — I. e. m. decano, et Guillelmo Bertranni, Parisien., ac Nicolao de Condeto, Aurelianen. can. eccl. (*A.* 30, f. 391 [b]; *V.* 86, ep. 1903.)

Ut s. T. XII, XIV.

41441. — *Petro Arcuarii, can. Carnoten., licentiato in legibus*, conc. simile indultum. — I. e. m. ut s. (*A.* 30, f. 392 [a]; *V.* 86, ep. 1904.)

Ut s. T. XX.

41442. — *Thedesco, electo Naulensi*, facultas recipiendi consecrationem a quocumque maluerit antistite. (*A.* 30, f. 395 [b]; *V.* 86, ep. 1919.)

Ut s. T. XL.

41443. — *Decanus Senonen., et Parisien. ac Aurelianen. archidiaconi eccl.* deputantur ut conservatores, ad quinquennium, pro Philippo de Majoricis, thesaur. eccl. s. Martini Turonen. et custode eccl. s. Quintini in Viromandia, Noviomen. di. (*A.* 29, f. 147 [b]; *V.* 86, ep. 1934.)

Ut s. Gr. pro Deo.

41444. — *Priori monasterii s. Vincentii de Foris Ulixbonen., per priorem soliti gub., et archid. Santarenen., ac Alphonso Martini, can. eccl. Ulixbonen.*, mand. ut justitiæ complementum exhibeant commendatrici et conventui monasterii de Sanctis, per commendatricem soliti gub., ord. militiæ s. Jacobi, Ulixbonen. di., quæ, licet a quinquaginta annis citra fuerint et sint in possessione percipiendi decimas de terris et possessionibus earum, quas per colonos excoli faciunt, etiamsi eas propriis sumptibus

Datum *Avenione.*

non excolant, a paucis tamen temporibus citra super eisdem decimis indebite vexantur. (*A.* 30, f. 480 [b]; *V.* 87, ep. 2179.)

4 (II non.) *jun. 1328.* T. XXIV.

41445. — *Gaucelino, ep.o Albanensi,* facultas conferendi personæ idoneæ quasdam decimas, consuetas ab olim in perp. benef. ecclesiasticum clericis sæcularibus assignari, in parochia ecclesiæ de Granvilla, Constantien. di., quas Petrus Flouri, dictæ di. presb., in ejusdem ep.i manibus apud S. A. resignavit. (*A.* 30, f. 403 [b]; *V.* 86, ep. 1915.)

5 (non.) *jun. 1328.* Gr. pro nep. not.

41446. — *Mag. Bernardo Stephani* collatio motu proprio canon., præb. et sacristiæ s. c. eccl. Oscen., vacantium per obitum Monaldi de Castrotino, S. A. cap.; cum dispens. ut prædicta sacristiam, canon. et præb. una cum archidiaconatu Figiacen. eccl. Caturcen. et aliis benef., quæ habeantur pro expressis, retinere valeat. — I. e. m. archiep.o Aquen., et Mirapiscen. ac Regen. præpositis ecclesiarum. (*A.* 31, f. 5 [b]; *V.* 86, ep. 1563.)

Ut s. T. XII, XIV.

41447. — *Guidoni de Turribus, cantori eccl. Lemovicen.,* indulgetur ut in aliquo benef. suorum residendo, aut in romana curia immorando, vel in studio litterarum, in loco ubi illud generale vigeat, insistendo, fructus eorumdem benef. usque ad triennium integre percipiat. — I. e. m. abbati monast. s. Sergii prope Andegavis, et decano de Capella, Lemovicen. di., ac archid. Marchiæ Lemovicen. eccl. (*A.* 30, f. 397 [a]; *V.* 86, ep. 1890.)

Ut s. T. XXIV.

41448. — *Ep.o Mutinen., et abbati monast. s. Petri Mutinen., ac archid. Ravennaten.* mand. ut Nicolao, nato Alexandri de La Porta, civis Mutinen., conferant archipresbyteratum eccl. s. Archangeli, Ariminen. di., quæ collegiata et in terris R. E. existit, per obitum Danielis apud S. A. prævia generali reservatione omnium collegiatarum in dictis terris consistentium per PP. facta vac.; non obst. quod ex dispens. legitima præposituram eccl. s.s. Senisii et Theopompi de Castroveteri, Mutinen. di., quam dimittere tenetur, et in s. Joannis de Bajoaria canon., et S. M. de Casmalbeli ac s. Stephani de Razano, Mutinen. di., eccl. clericatus obtineat, et de canon. Mutinensis ecclesiæ sub exsp. præb. provisus sit; gratia autem exsp. beneficii c. c. vel s. c., ad ep.um et capit. Mutinen. spectantis, post assecutionem dicti archipresb. quoad benef. c. c. irritatur; si vero hujusmodi benef. c. c., antequam præfatum archipresb. forsitan assequatur, præsentes litteræ nullius existant roboris vel momenti; cum dispens. super defectu ætatis, (22 an.). (*A.* 30, f. 434 [a]; *V.* 87, ep. 2089.)

Ut s. T. XX.

41449. — *Guillelmo de Oculo molendinorum* dudum, consid. cl. m. Jacobi, regis Aragonum, de canon. sub exsp. præb. ecclesiæ Barchinonen. proviso, indulgetur ut jus, quod ad rem in acolitali, vel subdiaconali aut diaconali præbenda ex hujusmodi gratia sibi competebat, salvum remaneat ac si non esset in presb. promotus; ipse enim, tunc canon. et præb. eccl. Ilerdensis obtinens, parochialem eccl. de Regali c. c., Terraconen. di., postmodum vigore litterarum apost. acceptavit et in presb. se promoveri fecit, sed de consuetudine dictæ ecclesiæ Barchinonen. inibi observatur quod presbyter præbendam acolitalem, seu subdiaconalem vel diaconalem in eadem Barchinonen. ecclesia nequeat obtinere. (*A.* 30, f. 544 [b]; *V.* 87, ep. 2316.)

Ut s. T. XXX.

41450. — *Joanni, archiep.o Toletano,* facultas dispensandi clericos suarum civitatis et di. super irregularitate, quam contraxerunt eo quod excommunicationis, vel interdicti seu suspensionis sententiis innodati, vel in locis interdictis ejusd. di. divina officia celebrarunt. (*A.* 30, f. 507 [b]; *V.* 87, ep. 2317.)

Ut s. T. XII ½, XIV ½.

41451. — *Laurentio Martini* collatio canon. et præb. sacerdotalis eccl. Ilerdensis, vacantium per consecrationem Arnaldi, ep.i Ilerdensis, non obst. quod portionem perp. in eccl. Toletana, et parochialem eccl. s. Mathæi, et beneficium præstimoniale

Datum *Avenione*.

ecclesiæ S. M. de Mauret, Dertusen. et Compostellanen. di., et quoddam censuale, ad mensam capituli Valentin. spectans, obtineat; cum dispens. ut dictam sacerdotalem præb., quæ ex statuto ipsius ecclesiæ Ilerden. residentiam requirit personalem et ab obtinente eam missæ in majori altari in XVII celebrationem, recipere et una cum aliis benef. suis retinere valeat. — I. e. m. præp., et de s. Engratia Oscen., ac Tirasonen. archid.is eccl. (*A.* 30, f. 562 [b]; *V.* 87, ep. 2345.)

5 (non.) *jun. 1328.* T. XI ½, XIII ½.

41452. — *Dominico Arnaldi* gratia exsp. beneficii (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), in civitate vel di. Ilerden., pertin. ad collationem ep.i et capit. Ilerden.; non obst. quod archipresbyteratum de Fica et benef. præstimoniale in loco de Pezuela, medium præstimonium in loco de Coma et unum servitorium in Turri de Laguna, super quo litigat, et aliud servitorium in eccl. s. Petri de Fica, solita in perpetua benef. clericis sæcul. assignari, Toletan. di., obtineat. — I. e. m. Tirasonen. et s. Engratiæ Oscen. archid.is, ac Pontio de Rippollis, can. Urgellen. eccl. (*A.* 30, f. 564 [b]; *V.* 87, ep. 2355.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

41453. — *Eximino Petri de Mallen* provisio canon. sub exsp. præb. eccl. Tirasonensis; non obst. in eadem portione, quam dimittere tenetur, et beneficio servitorio in populatione de Aloocer, Toletan. di., ac in s. Leocadiæ extra muros Toletanos ecclesiis canon., præb. ac subdecanatu. — I. e. m. ut s., n. 41451. (*A.* 30, f. 566 [a]; *V.* 87, ep. 2357.)

Ut s. T. XX.

41454. — *Joanni, archiep.o Toletano*, indultum celebrandi divina officia in locis interdicto suppositis. (*A.* 30, f. 567 [b]; *V.* 87, ep. 2367.)

Ut s. [1] T. XXVI.

41455. — *Eidem* indulgetur ut, quoties ipsum contigerit solemniter proponere verbum Dei, possit omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui ad suam prædicationem accesserint, indulgentiam c dierum, ultra illos quos ex ordinariæ potestatis officio potest concedere per seipsum, auct. apost. elargiri. (*A.* 30, f. 526 [b]; *V.* 87, ep. 2373.)

Ut s. T. XXVI.

41456. — *Eidem* relaxatur suspensio, si quam incurrerit, eo quod, propter sui legitimam absentiam, non celebravit in suis partibus provinciale concilium semel in biennio, quanquam illud vice sua mandaverit celebrari, juxta statutum Guillelmi, ep.i Sabinensis, olim in partibus illis A. S. legati, factum. (*A.* 30, f. 595 [a]; *V.* 87, ep. 2429.)

Ut s.

41457. — *Eximino Petri Zapata* collatio scolastriæ eccl. Toletanæ, vac. per consecrationem Petri ep.i Cartaginen., nunc s. Praxedis presb. card.; non obst. in eadem, Tirasonen., Valentin. et Pinnacen. eccl., Tirasonen. di., canon. et præb., ac præstimoniis de Cubel et de Valle Azaret, ejusd. Tirasonen. et Toletan. di.; dimittat autem canon., præb. et cantoriam eccl. Calatamben. — I. e. m. s. Engratiæ Oscen. et Tirasonen archid.is, ac præcentori Toletanæ eccl. (*A.* 30, f. 605 [b]; *V.* 87, ep. 2434.)

Ut s. T. XI, XIII.

41458. — *Pontio de Rippellis* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Urgellen.; non obst. canon., præb. et præpositura seu mensata in Ilerden. eccl. — I. e. m. ut s., n. 41451. (*A.* 30, f. 606 [a]; *V.* 87, ep. 2435.)

Ut s. T. XII, XIV.

41459. — *Guillelmo Petri Pallares* reservantur canon., præb. et cantoria ecclesiæ S. M. de Calatambio, Tirasonen. di., per assecutionem scolastriæ Toletanæ eccl., Eximino Petri Zappata per PP. collatæ, in brevi vacatura; non obst. in Ilerdensi et Barchinonensi canon. sub exsp. præb., et in ipsa Ilerden. ecclesiis præpositura de qua litigat, quæ mensata vulgariter nuncupatur quæque nec dign., nec personatus, nec curata existit ac beneficiis præstimonialibus de Alget de Cadiello Albalat et Fuentem Leusina, Toletan. di.; dimittat autem canon. sub exsp. præb. eccl. Urgellen. — I. e. m. ut s., n. 41457. (*A.* 30, f. 661 [b]; *V.* 87, ep. 2534.)

1. Reg. Vat. = [illegible] jun[illegible].

Datum *Avenione.*

5 (non.) *jun. 1328.* T. XII, XIV.

41460. — *Gaufrido de Biure, can. eccl. Terraconen.*, conf. archidiaconatus s. Fructuosi in eadem ecclesia, vacans per assecutionem archidiaconatus majoris ipsius eccl., Guillelmo de Requesen per PP. collati; non obst. quod quasdam pensiones a Barchinonen. et Vicen. ep.is, ac hospitali s. Joannis Jerosolimitani obtineat; dictum tamen archidiac. dimittere tenetur postquam dignitatem, personatum, administr. vel off. c. c. vel s. c., quam vel quem seu quod in eadem ecclesia expectat, assecutus fuerit. — I. e. m. de Silva Gerunden., et s. Engratiæ Oscen. archid.is, ac Michaeli Ricomanni, can. Valentin. eccl. (*A.* 31, f. 29 [a]; *V.* 87, ep. 2621.)

Ut s.

41461. — *Francisco abbati monasterii s. Crucis de Triputzo, O. S. B., Camerinensis di.*, commendatur monasterium S. M. de Sitria, O. S. B., Nucerin. di., in terris R. E. subjectis consistens, per obitum Ubaldi apud S. A. prævia generali reservatione omnium monasteriorum in eisdem terris consistentium vac., licet conventus quondam Angelum, tunc mon. et camerarium ejusdem monasterii, in abbatem elegerint, et loci diœcesanus electionem confirmaverit eamdem. — I. e. m. conv. prædicti monast. S. M. de Sitria et ep.o Nucerino. (*A.* 31, f. 49 [a]; *V.* 87, ep. 2666.)

Ut s. T. XI, XIII.

41462. — *Bertholino de Sistro* prov. canon. sub exsp. præb. plebis s. Georgii de Bilegnio, Placentin. di. — In e. m. abbati monast. s. Sisti, et præp. s. Joannis de domo Placentin., et archipr. de Cagnano, Placentin. di., ecclesiarum. (*A.* 32, f. 246 [a]; *V.* 88, ep. 3175.)

Ut s. T. XI, XIII.

41463. — Item in ecclesia s. Donini Placentin. *Joanni dicto Marco Biaygua.* — In e. m. ut s. (*A.* 32, f. 247 [a]; *V.* 88, ep. 3178.)

Ut s. T. XI, XIII.

41464. — Item in ecclesia Bobiensi *Calvino de Calvis.* — In e. m. ut s. (*A.* 32, f. 247 [b]; *V.* 88, ep. 3182.)

Ut s. T. XI, XIII.

41465. — *Joannino, nato Guillelmi Durempelli*, provisio canon. sub exsp. præb. eccl. s. Brigidæ Placentin. — I. e. m. Joanni el. Papien., et abbati monasterii s. Sepulcri Placentin., ac præposito eccl. s. Joannis de Domo Placentin. (*A.* 31, f. 304 [a]; *V.* 88, ep. 3230.)

Ut s. T. XI, XIII.

41466. — *Jacobino, nato Guillelmi de Bolli*, provisio canon. sub exsp. præb. eccl. s. Michaelis de Gragnano, Placentin. di. — I. e. m. abbati monast. s. Sepulchri Placentin., et præp. eccl. Bobien., ac archipr. plebis s. Joannis de castro s. Joanne, Placentin. di. (*A.* 31, f. 433 [a]; *V.* 88, ep. 3551.)

6 (VIII id.) *jun. 1328.* T. XXIV.

41467. — *Joanni el. Abrincen.* facul. tabellionatus off. concedendi 2 cler. non conjugatis nec in sacris ord. constitutis, ab ipso eligendis, cum forma juramenti fidelitatis R. E. ab ipsis præstandi. (*A.* 29, f. 135 [a]; *V.* 85, ep. 1028.)

Ut s. T. XL.

41468. — *Decanus Bituricen., et archid. Laudunen., ac thesaur. Catalaunen. eccl.* deputantur ut conservatores, ad quinquennium, pro Joanne, ep.o Carnoten. (*A.* 29, f. 146 [a]; *V.* 86, ep. 1910.)

Ut s. Gr. pro nep. card.

41469. — *Amanevo de Fargis, decano eccl. Burdegalen., baccalario in legibus, Raimundi S. M. Novæ diac. card. nepoti*, indulgetur ut, usque ad triennium, jura civilia audire vel legere in loco, ubi studium vigeat generale, libere et licite valeat; non obst. decanatu prædicto. (*A.* 30, f. 403 [b]; *V.* 86, ep. 1914.)

Ut s. T. XI, XIII.

41470. — *Joanni Hautfuney* collatio motu proprio canon., præb. et off. camerariæ ecclesiæ beati Martini Turonen., vac. per obitum Raimundi de Parisiis, S. A. cap. — I. e. m. mag. Bernardo Stephani, archid. Figiacen. Caturcen., Papæ not., et scolastico Constantien., ac Guillelmo Bertranni, can. Parisien. eccl. (*A.* 30, f. 414 [a]; *V.* 86, ep. 1930.)

Ut s. T. XL.

41471. — *Archiep.us Gneznen., et decanus Gneznen. et archid. Wratislavien. eccl.* deputantur ut conservatores, ad quinquennium, pro ep.o Wratislaviensi. (*A.* 29, f. 146 [b]; *V.* 86, ep. 1933.)

Datum *Avenione.*

6 (VIII id.) *jun. 1328*
T. XX.

41472. — *Gasberto archiep.o Arelatensi, camerario, ac Ademario, ep.o Massiliensi, thesaurario Papæ.* Exposuit Raimundus, S. M. Novæ diac. card., quod fructus præposituræ eccl. Cavallicensis, quondam Raimundo Falconerii, præposito ejusdem eccl., cap. et famil. suo, tunc vivente, apud Raimundum de Laneys, archid. Cavallicen., de mand. Papæ sequestrati fuerunt, quodque dictus Raimundus fuit usque ad certam summam debitis obligatus, et Bernardus Vaquerii, archid. Gamagen. in eccl. Vasatensi, ipsius card. cap. et famil., post obitum præfati Raimundi Falconerii aliquam solvit summam pecuniæ pro eodem et pro ipso est apud aliquos mercatores romanam sequentes curiam in certis aliis summis pecuniariis obligatus, et quod unica soror dicti Raimundi Falconerii ac ipsius sororis liberi non carent tedio paupertatis. Quare Papa, ad supplicationem dicti card., camerario et thesaur. suis mandat ut ab eodem Raimundo de Laneys 200 flor. auri quittos et liberos prædicto Bernardo solvi faciant ex fructibus prælibatis, recepta primitus ab eodem Bernardo idonea cautione quod de ipsis satisfaciet creditoribus Raimundi Falconerii quodque illud quod supererit sorori et ejus liberis memoratis assignabit. (*A.* 30, f. 424 [a]; *V.* 86, ep. 1942.)

Ut s.
T. XLVIII, L.

41473. — *Joannæ R. F.* indulgetur ut decem clerici sui, familiares domestici, suis obsequiis insistentes, fructus benef. suorum integre percipere possint, licet in eis non resideant. — I. e. m. ep.o Parisien., et s. Germani de Pratis juxta Parisius, ac s. Genovefæ Parisien. monast. abbatibus. (*A.* 30, f. 527 [a]; *V.* 86, ep. 1983.)

Ut s.
T. XXVI.

41474. — *Joannæ R. F.* indultum habendi altare portatile in quo possit missarum solemnia, etiam antequam dies illucescat, facere celebrari. (*A.* 30, f. 516 [b]; *V.* 86, ep. 1985.)

Ut s.
T. XXX.

41475. — *Eidem reginæ* conceditur ut, quotiescumque in sua præsentia missarum solemnia celebrari et in eis proponi contigerit verbum Dei, prædicator omnibus præsentibus indulgentiam I anni elargiri valeat. (*A.* 30, f. 517 [a]; *V.* 86, ep. 1986.)

Ut s.
T. XVI.

41476. — *Eidem reginæ* indulgetur ut confessor suus ejusque socius, ac cœteri capellani et clerici sui, familiares domestici, suis obsequiis insistentes, ad aliud divinum officium celebrandum minime teneantur quam ad illud quod in capella ipsius reginæ celebrari consuevit. (*A.* 30, f. 517 [a]; *V.* 86, ep. 1987.)

Ut s.
T. XVI.

41477. — *Eidem reginæ* indultum habendi altare portatile in quo possit, seipsa et familia sua præsentibus, missam et alia divina officia facere celebrari. (*A.* 30, f. 517 [a]; *V.* 86, ep. 1988.)

Ut s.
T. XXIV.

41478. — *Eidem reginæ* indultum ut confessor suus ac socius ejusdem possint familiarium suorum, suis obsequiis insistentium, confessiones audire, ipsisque pro peccatis eorum, dummodo S. A. non sit merito consulenda, pœnitentiam impertiri et ecclesiastica sacramenta ministrare. (*A.* 30, f. 517 [a]; *V.* 86, ep. 1989.)

Ut s.
T. XXIV.

41479. — *Eidem reginæ* indultum eligendi confessorem qui, sua confessione audita, ab omnibus peccatis suis et sententia excom., juxta formam ecclesiæ a canone promulgata, si quam incurrere forte contingat, quoties expedierit, possit eam absolvere. (*A.* 30, f. 517 [a]; *V.* 86, ep. 1990.)

Ut s.
T. XX.

41480. — *Eidem reginæ* indulgetur ut in locis ecclesiastico interdicto suppositis liceat ipsi clausis januis, interdictis et excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis, audire divina etiamsi alta voce celebrentur, ad instar Nicolai Papæ III qui cl. m. Philippo R. F. et Mariæ, ejus uxori, R. F., similem indulgentiam concessit. (*A.* 30, f. 517 [a]; *V.* 86, ep. 1991.)

Ut s.
T. XXX.

41481. — *Eidem reginæ* indulgetur ut nullus capellas suas ecclesiastico supponere valeat interdicto absque A. S. speciali mandato, quod si secus forte præsumptum fuerit, liceat ipsi in eisdem capellis, non pulsatis campanis, submissa voce, audire

Datum *Avenione.*

divina, interdictis et excommunicatis exclusis. (*A.* 30, f. 517 b; *V.* 86, ep. 1992.)

6 (VIII id.) *jun. 1328.* T. XXVI.

41482. — *Eidem reginæ* indulgentia L dierum conceditur illis qui, vere pœnitentes et confessi, pro salute animæ suæ ipsa vivente et post ejus decessum devotis orationibus divinam misericordiam implorabunt. (*A.* 30, f. 517 b; *V.* 86, ep. 1993.)

Ut s. T. XXVI.

41483. — *Eidem reginæ* indulgetur ut confessor suus super jejuniis per Ecclesiam institutis, necnon et super votis omnibus, si qua forsitan emiserit, castitatis et ultramarino votis dumtaxat exceptis, secum dispensare ac illa sibi in alia pietatis opera commutare valeat. (*A.* 30, f. 517 b; *V.* 86, ep. 1994.)

Ut s. T. XXIV.

41484. — *Eidem reginæ* indulgetur ut, quandocumque et apud quascumque ecclesias libere valeat eligere sepulturam et ordinare, post ejus obitum membra et ossa sua dividi et ad diversa loca ecclesiastica, quæ elegerit, deferri possint tumulanda. (*A.* 30, f. 517 b; *V.* 86, ep. 1995.)

Ut s. T. XVI.

41485. — *Eidem reginæ* indulgetur ut confessor religiosis mulieribus vescendi carnibus in hospitio suo, cum hoc viderit expedire, licentiam valeat elargiri. (*A.* 30, f. 517 b; *V.* 86, ep. 1996.)

Ut s. T. XXX.

41486. — *Eidem reginæ* indulgetur ut cum x honestis viris et mulierum honesta comitiva claustra seu monasteria monialium regularium religiosorum et religiosarum quorumcumque ordinum possit causa devotionis intrare, quoties pro spirituali consolatione sua sibi placuerit, et semel in anno intus refectionem in cibo ac potu cum esu carnium recipere licite valeat in eisdem, ita tamen quod prædicti viri in commestione seu de nocte secum ibi non remaneant. (*A.* 30, f. 517 b; *V.* 86, ep. 1997.)

Ut s. T. LXXX.

41487. — *Cantori ecclesiæ Constantiensis* facultas faciendi recipi in decem monasteriis monialium regni Franciæ, ordinum quorumcumque, quæ Joanna R. F. ei duxerit nominanda, decem puellas litteratas quas ipsa regina similiter nominabit. (*A.* 30, f. 512 b; *V.* 86, ep. 1998.)

Ut s. T. XI, XIII.

41488. — *Roberto dicto le Ponchin, cler. Constantien. di.*, gratia exsp. benef. sæcul. c. c. (vel s. c. 50 l. t. sec. tax. dec.), pertin. ad collationem abbatis et conv. monasterii B. M. de Voto juxta Cæsarisburgum, O. S. A., dictæ di. — I. e. m. abbati monasterii B. M. de Montisburgo, Constantien. di., et cantori, ac thesaur. eccl. Constantiensis. (*A.* 30, f. 520 b; *V.* 86, ep. 1999.)

Ut s. T. XI, XIII.

41489. — *Joanni Louvet* gratia exsp. benef. sæcularis (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), etiamsi dignitas, vel personatus seu off. existat, pertin. ad collationem abbatis et conv. monasterii de Beccohelluini, O. S. B., Rothomagen. di.; non obst. canon. et præb. in B. M. de Silliaco, Cenomanen. di., ac perpetuis capellaniis s. Theobaldi in majori et B. M. in parochiali Dolen. ecclesiis, modici valoris. — I. e. m. archid. de Sobolio Cenomanen., et cantori Constantien., ac mag. Joanni de Blangiaco, can. Belvacen. eccl. (*A.* 30, f. 521 b; *V.* 87, ep. 2001.)

Ut s. T. XI, XIII.

41490. — *Guillermo de Carone* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Abrincen.; non obst. quod in s. Sepulchri de Cadomo, Bajocen. di., canon. et præb., de quibus litigat, obtineat, quodque in Nanneten. ecclesia sub exsp. præb. in can. sit receptus. — I. e. m. cantori Constantien., et mag. Nicasio Blondelli, can. Andegaven. eccl., ac officiali Constantiensi. (*A.* 30, f. 522 a; *V.* 87, ep. 2002.)

Ut s. T. XXVI.

41491. — *Joannæ R. F.* indulgetur ut nullus in personam suam excom. aut interdicti sententiam promulgare aut ei ingressum ecclesiæ interdicere valeat absque S. A. speciali mandato. (*A.* 30, f. 531 b; *V.* 87, ep. 2024.)

Ut s. T. XXIV.

41492. — *Eidem reginæ* indulgetur ut confessor quibuslibet religiosis præsentibus et comedentibus in hospitio suo libere loquendi, suorum ord. statutis et observantiis nequaquam obstantibus, necnon debilibus et infirmis familiaribus suis ac etiam mu-

Datum *Avenione.*

lieribus gravidis ejusdem hospitii vescendi carnibus juxta consilium medicorum, temporibus prohibitis, licentiam valeat impertiri. (*A.* 30, f. 531 [b]; *V.* 87, ep. 2025.)

6 (VIII id.) *jun. 1328.* T. XI, XIII. **41493.** — *Guillermo de Aurelianis, cler. Constantien. di.*, gratia exsp. benef. sæcul. c. c. (vel s. c. 50 l. t.), ad collat. abbatis et conv. monast. s. Vigoris de Ceraseyo, O. S. B., Bajocen. di. — I. e. m. Constantien. et Abrincen. cantoribus, ac Reginaldo de Viana, can. Bajocen. eccl. (*A.* 30, f. 534 [b]; *V.* 87, ep. 2031.)

Ut s. T. XI, XIII. **41494.** — *Dionysio de Fraxinis, perp. cap. in ecclesia Cenomanensi*, gratia exsp. benef. sæcul. (c. c. 100 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), ad collationem abbatis et conv. monasterii s. Petri de Cultura Cenomanen., O. S. B., pertin. — I. e. m. de Lavalle et de Passeyo Cenomanen. archid.is, ac cantori Constantien. eccl. (*A.* 30, f. 539 [a]; *V.* 87, ep. 2041.)

Ut s. T. XI, XIII. **41495.** — *Joanni Marquier de Blesis* gratia exsp. benef. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t. sec. tax. dec.), pertin. ad collationem ep.i, decani et capit. Parisien.; non obst. capella s. Simeonis, et in s. Nicolai de Sezannia cum præb., ac in s. Laurentii de Roseto ecclesiis, Bajocen., Trecen. et Laudunen. di., sub exsp. præb. canonicatibus. — I. e. m. abbati monasterii s. Genovefæ Parisien., et cantori Constantien., ac Guillelmo de Feugeroliis, can. Turonen. eccl. (*A.* 30, f. 548 [a]; *V.* 87, ep. 2055.)

Ut s. T. XVI. **41496.** — *Joannæ, reginæ Franciæ*, indulgetur ut confessor possit vota ab ea emissa in alia pietatis opera commutare, castitatis et ultramarino votis dumtaxat exceptis. (*A.* 30, f. 545 [a]; *V.* 87, ep. 2056.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2. **41497.** — *Magistro Bernardo de Rupeforti, can. sub exsp. præb. eccl. Bajocen.*, conferuntur, consid. Philippi R. F., canon., præb. et archidiac. Vallisviriæ in ecclesia Constantien., provinciæ Rothomagen., vac. per resignationem magistri Gaufridi de Plexeyo, Papæ notarii, apud S. A. sponte factam. — I. e. m. s. Sergii prope Andegavis, s. Trinitatis de Exaquio ac de s. Laudo, Constantien. di., monast. abbatibus. (*A.* 30, f. 455 [a]; *V.* 87, ep. 2110.)

Ut s. T. XXIV. **41498.** — *Joanni, electo Abrincensi*, facultas petendi et levandi ab omnibus personis ecclesiast. non exemptis suarum civit. et di. hac vice dumtaxat moderatum subsidium. — I. e. m. archid. de Lavalle Cenomanen., et cantori Constantien., ac Nigasio Blondelli, can. Andegaven. eccl. (*A.* 30, f. 413 [b]; *V.* 87, ep. 2115.)

Ut s. T. XX. **41499.** — *Eidem* facultas recipiendi consecrationem a quocumque maluerit ep.o. (*A.* 30, f. 446 [b]; *V.* 87, ep. 2116.)

Ut s. T. XX. **41500.** — *Decano Ebroicen., et cantori Constantien., ac archid. Algiæ Lexovien. eccl.* mand. pro receptione Margaritæ Lamasuyere, puellæ litteratæ Bajocen. di., in monast. B. M. de Monasteriovillari, O. S. B., Rothomagen. di. (*A.* 30, f. 465 [a]; *V.* 87, ep. 2117.)

Ut s. T. XX. **41501.** — *Decano s. Sepulchri de Cadomo, Bajocen. di., et archid. de Gaceyo Lexovien., ac cantori Constantien. eccl.* mand. pro receptione Marotæ de Caron, puellæ litteratæ Bajocen. di., in monast. s. Trinitatis de Cadomo, O. S. B., dictæ di. (*A.* 30, f. 465 [a]; *V.* 87, ep. 2118.)

Ut s. T. XI, XIII. **41502.** — *Jacobo Petri de Grepa* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Nazarii in Brolio Mediolanen.; non obst. in s. Salvatoris de Barzanore præpositura, etiam si curam habeat animarum, et in s. Victoris de Brianza eccl., Mediolanen. di., quodam perp. benef., quodque per capitulum dictæ eccl. s. Salvatoris ad certa canon. et præb. ipsius eccl., tunc vacantia, electus fuerit, ipsique provisus extiterit de eisdem, super quibus apud S. A. litigat; quorum quidem præposituræ, benef., canon. et præb. fructus 25 flor. auri valorem annuum sec. tax. decimæ non excedunt. — I. e. m. præposito ss. Prothasii et Gervasii de Leuco, Mediolanen. di., et archid. Ravennaten., ac Bertramino de Carcano, can. Cuman. eccl. (*A.* 30, f. 463 [b]; *V.* 87, ep. 2129.)

Datum *Avenione.*

6 (VIII id.) *jun. 1328.* T. XI, XIII.

41503. — *Stephano Bertrandi de s. Margareta* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Remensis; non obst. quod in eccl. Montisfalconis, Remen. di., auct. litt. apost., sub exsp. præb. in can. sit receptus. — I. e. m. abbati monast. s. Dionysii Remen., et decano Parisien., ac cantori Trecen. ecclesiarum. (*A.* 30, f. 458 [b]; *V.* 87, ep. 2141.)

Ut s. T. XI, XIII.

41504. — *Mag. Guillelmo dicto Herches, cler. Constantien. di., sacræ theologiæ doctori,* reservantur canon. et præb. eccl. Cenomanensis, vacatura per consecrationem Guillelmi, el. Redonen.; non obst. quod quartam portionem parochialis eccl. s. Salvatoris Leudelin, Constantien. di., obtineat, ac benef. c. c. vel s. c. ad collationem abbatis et conv. monasterii s. Salvatoris Vicecomitis, O. S. B., dictæ di., auct. apost. exspectet. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et cantori Constantien., ac Guillelmo Bertranni, can. Parisien. eccl. (*A.* 30, f. 487 [a]; *V.* 87, ep. 2192.)

Ut s. T. VI[XXIV].

41505. — *Guillelmus, cantor eccl. Ebroicen., diac.,* fit ep.us Briocen. post translationem Joannis ad episcopatum Dolensem. — I. e. m. capitulo et vassallis eccl. Briocen.; clero et populo civit. et di. Briocen.; archiep.o Turonensi. (*A.* 30, f. 504 [a]; *V.* 87, ep. 2245.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

41506. — *Thomæ de Gardinis, in utroque jure licentiato,* provisio canon. sub exsp. præb. eccl. Lexoviensis; non obst. perp. capell. s. Martini in eadem eccl., quam dimittere tenetur, et parochiali eccl. B. M. de Guiervilla, ac s. Laurentii de Dunio et s. Nicolai de castro Armenechiarum capellis, Lexovien. et Sagien. di. — I. e. m. abbati monasterii de Cormeliis, Lexovien. di., et cantori ecclesiæ Constantien., ac officiali Lexoviensi. (*A.* 30, f. 506 [b]; *V.* 87, ep. 2274.)

Ut s. T. XI, XIII.

41507. — *Mag. Remigio de Sancta Margareta* collatio canon. et præb. eccl. Carnotensis, vacantium per obitum mag. Mathæi de Columpna S. A. cap.; non obst. in Trecensi et s. Michaelis Belvacen. canon. et præb., ac in Ambianen. et Lexovien. ecclesiis canon. sub exsp. præb. — I. e. m. abbati monasterii s. Petri de Valleya Carnoten., et decano Parisien., ac cantori Constantien. eccl. (*A.* 30, f. 524 [a]; *V.* 87, ep. 2285.)

Ut s. T. XXVII, XXIX.

41508. — *Joanni, electo Abrincensi,* indulgetur ut VI clerici sui, suis insistentes obsequiis, fructus omnium benef. suorum, ad triennium, integre percipiant absque residentia. — I. e. m. cantori Constantien., et Nicasio Blondelli, can. Andegaven. eccl., ac officiali Constantiensi. (*A.* 30, f. 527 [a]; *V.* 87, ep. 2286.)

Ut s. T. XII.

41509. — *Eidem* indulgetur ut, usque ad kal. octobris proxime venturi et extunc usque ad alias kalendas ejusdem mensis proxime secuturas, munus consecrationis recipere minime teneatur, et interim canon. et præb. quæ in Rothomagen., Constantien. et Cenomanen., necnon decanatum quem in eadem Cenomanensi ecclesiis, ac perp. beneficium, eremum de Bellasaulla vulgariter nuncupatum, ac perpetuas capellanias de Arrebleia et s. Pauli Vicecomitis, Cenomanen. et Sagien. di., quæ promotionis suæ tempore obtinebat, sicut adhuc obtinet, una cum episcopatu suo, retinere valeat. (*A.* 30, f. 518 [a]; *V.* 87, ep. 2289.)

Ut s. T. VI[XXIV].

41510. — *Phylippo Honibaldi, O. F. P.,* fit ep.us eccl. Agrigentin., vac. per translationem Mathæi, nunc ss. Joannis et Pauli presb. card., ad ecclesiam Sipontinam. — I. e. m. capitulo et vassallis eccl. Agrigentin.; clero et populo civit. et di. Agrigentin.; archiep.o Panormitan. (*A.* 30, f. 586 [a]; *V.* 87, ep. 2362.)

Ut s. T. XXX.

41511. — *Archiep.o Maguntin.* mand. ut Joanni, nato n. v. Gerlaci comitis de Nassawe, conferat canon. et præb. eccl. Maguntinæ, si contingat aliquem de canonicis dictæ eccl. ipsa resignare velle; non obst. quod in omni jure quod Joanni de Nassawe, Papæ cap., in canonicatu, præb. et archidiaconatu eccl. Herbipolen., competebat, per eumdem papam subrogatus fuerit. (*A.* 30, f. 589 [a]; *V.* 87, ep. 2400.)

Datum *Avenione.*

7 (VII id.) *jun. 1328.* T. XXX.

41512. — *Ep.o Mutinensi.* Unitur mensæ suæ parochialis ecclesia s. Pancratii de Fredo, Mutinen. di., cum omnibus possessionibus et pertinentiis suis, quarum redditus 60 flor. auri summam annuam non excedunt, ipsi immediate et pleno jure subjecta, certas habens juxta se domos quas pro habitatione sua sine magnis sumptibus reparari posse prætendit, ipsi enim propter guerrarum discrimina, per quæ hactenus diœcesis Mutinensis incendiis et rapinis patuit, extra domos suas episcopales in civit. Mutinen. consistentes nulla decens habitatio remansit in qua possit etiam ad tempus modicum immorari, mensaque sua propter exspensas et damna, per eum quinquennio jam perpessa, multum est in facultatibus diminuta. (*A.* 30, f. 535 [b]; *V.* 87, ep. 2044.)

Ut s. T. XX.

41513. — *Angelo el. Aquilensi* facultas recipiendi consecrationem a quocumque maluerit antistite. (*A.* 30, f. 578 [a]; *V.* 87, ep. 2385.)

Ut s. T. XX.

41514. — *N. v. Joanni de Rochetta, de marchionibus Incisæ, et n. m. Ysod, natæ quond. Albertini, de eisd. marchionibus Incisæ, Asten. di.*, dispens. super IV° consanguin. gradu in matrim. contrahendo. (*A.* 30, f. 681 [b]; *V.* 87, ep. 2589.)

Ut s. T. XII, XIV.

41515. — *Ægidio de Madelbertis, de Cremona, can. Lausanen.*, indultum ut, litterarum studio insistendo vel apud S. A. moram trahendo, fructus benef. suorum, ad quinquennium, integre percipiat. — I. e. m. præp. Massilien., et archid. de Ripasili Astoricen., ac Buxolo de Parma, Papæ cap., can. Tornacen. eccl. (*A.* 31, f. 194 [b]; *V.* 87, ep. 2954.)

8 (VI id.) *jun. 1328.* T. XXIV.

41516. — *Archid. Vulteran., et Francisco Gratiæ, archipr. Perusin., cap. Papæ, ac Lanfrencho de Janua, can. ejusd. Vulteran. eccl.*, mand. ut Peractio, natò Trinciæ Cietti de Peractiis, conferant prioratum sæcularis et collegiatæ eccl. s. Angeli Vulteran., (50 flor. auri sec. tax. dec.), per obitum Francisci de Serazzano apud S. A., prævia generali reservatione omnium ecclesiarum colleg. in partibus Tusciæ consistentium per PP. facta, vac.; non obst. quod de canonicatu eccl. Fesulanæ sub exsp. præb. dudum Papa gratiam, super qua litteras nondum habuit, ipsi fecerit specialem. (*A.* 30, f. 528 [b]; *V.* 87, ep. 2015.)

Ut s. T. XXVI.

41517. — *N. v. Gonsalvo Garsiæ, d.no de Muxen., Valentin. di.*, indultum celebrare faciendi in locis interdicto suppositis. (*A.* 30, f. 532 [a]; *V.* 87, ep. 2026.)

Ut s. T. VII[XXXIV].

41518. — *Simon, rector eccl. de Tinistalle, Cantuarien. di., sacræ paginæ professor*, in archiep.um Cantuarien. eccl., post obitum Walteri, per priorem et capit. ipsius eccl., O. S. B., electus, confirmatur; cum testimonialibus consecrationis ipsi a Petro, Prænestino ep.o, impensæ et assignationis pallii ipsi a Napoleone, s. Adriani, et Jacobo, s. Georgii ad Velum aureum, et Joanne, s. Angeli diac. card., exhibiti. — I. e. m. priori, capit. ac suffraganeis et vassallis dictæ eccl.; clero et populo civit. et di. Cantuarien.; Eduardo regi Angliæ. (*A.* 30, f. 422 [a]; *V.* 87, ep. 2064; D. Wilkins, *Concilia magnæ Britanniæ et Hiberniæ*, t. II, p. 544.)

Ut s. T. XI, XIII.

41519. — *Petro de Turre, cler. Anicien., jurisperito*, gratia exsp. benef. seu off. (c. c. 60 vel s. c. 30 l. t. sec. tax. dec.), pertin. ad collat. ep.i, decani et capit. Æduen. — I. e. m. priori monasterii s. Petri Anicien., per priorem soliti gub., et Guillelmo de Petrilia ac Lanceloto de Porpreriis, can. Anicien. (*A.* 30, f. 543 [b]; *V.* 87, ep. 2293.)

Ut s. T. V[XXIV].

41520. — *Angelus de Azajolis, O. F. P.*, fit ep.us ecclesiæ Aquilen., R. E. immediate subjectæ, ante obitum Philippi per PP. dispositioni suæ reservatæ. — I. e. m. capit. dictæ eccl.; clero et populo civit. et di. Aquilen.; Roberto regi Siciliæ. (*A.* 30, f. 570 [b]; *V.* 87, ep. 2381.)

Ut s. T. XXIV.

41521. — *Bertrando ep.o Ostien., A. S. legato*, mand. ut Joannem, natum quondam Petri dicti Vanterii de Roccha Sectæ, cler. Bononien. di., e presb. et soluta genitum,

Datum *Avenione.*

quem Ubertus, ep.us Bononien., ut clericali caractere insigniri et ad IV minores ord. promoveri posset dispensavit, dispenset ut superiores ordines et beneficium etiam c. c. recipere valeat. (*A.* 30, f. 670 [a]; *V.* 87, ep. 2583.)

8 (VI id.) *jun. 1328.* T. XIII, XV.

41522. — *Joanni de Nassington* gratia exsp. benef. sæcul., c. c., in di. Lincolnien., ad præsentationem abbatis et conv. de Ramescya, O. S. B., dictæ di., pertin.; cum obligatione dimittendi parochialem eccl. de Kyrketon, Eboracen. di., et cassatione gratiæ exsp. alterius benef. c. c. vel s. c. (30 march. sterling.), ad collationem eorumdem abbatis et conv. dudum ipsi factæ, ex qua nullum commodum consecutus est, pro eo quod dicti abbas et conv. nullam in civitate vel di. Lincolnien. hujusmodi beneficiorum collationem obtinent, sed ad beneficia de patronatu ipsorum existentia, cum vacent, personas præsentant dumtaxat. — I. e. m. priori de Lonton, Eboracen. di., et scolastico Tullen., ac Ricardo Erioun, can. Eboracensis eccl. (*A.* 31, f. 67 [a]; *V.* 87, ep. 2715.)

Ut s. T. XI, XIII.

41523. — *Antonio, filio Janacii de Salimbenis, civis Placentini,* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Trajectensis; non obst. in ecclesia Parmensi canon. sub exsp. præb., et gratia exsp. hodie facta de uno vel duobus beneficiis ecclesiast. s. c. ad collationem ep.i et capituli Placentinen. — In e. m. s. Pauli Trajecten. et s. Laurentii in Cesbroet prope Trajectum monasteriorum abbatibus, ac Dino, præp. eccl. Januensis, PP. cap. (*A.* 32, f. 324 [a]; *V.* 88, ep. 3210.)

Ut s. T. XXX.

41524. — *Janacio de Salimbenis et Margaritæ ejus uxori, civibus Placentin.,* indult. ut eorum confessor ipsis, semel tantum, in mortis articulo, plenam omnium peccatorum suorum remissionem concedere valeat. (*A.* 31, f. 327 [b]; *V.* 88, ep. 3288.)

Ut s. T. XI, XIII.

41525. — *Marco de Melonibus, de Regio,* collatio plebanatus plebis s. Eleuterii de Blezo, Tridentin. di., vac. per obitum Petri S. Angeli diac. card., cujus beneficia Papa dispositioni suæ reservaverat, ap. S. A. defuncti; non obst. gratia exsp. beneficii c. c. vel s. c. ad collat. ep.i et capit. Regin., quæ quoad benef. curatum irritatur. — I. e. m. abbati monast. s. Laurentii prope Tridentum, et Guillelmo de Pusterla, cap. Papæ, Mediolanen., ac Laurentio de Fontana, Tridentin. can. eccl. (*A.* 31, f. 365 [a]; *V.* 88, ep. 3358.)

9 (V id.) *jun. 1328.* T. XXX.

41526. — *Archiep.o Ebredunensi, et in Wilheringen, ac in Paungarten monast. abbatibus, Patavien. di.,* mand. ut Ottoni de Schowenberg, subdiacono dictæ di., conferant parochialem ecclesiam de Landove, ejusdem di., de jure vac., quia ipse dudum clericus existens, minor tamen annis, dictam eccl. assecutus est, eamque diu tenuit, prout adhuc detinet, fructus percipiens ex eadem, in presb. non promotus, quamvis post annum commissi sibi regiminis ipsius eccl. se fecisset in subdiaconum promoveri, nec etiam in eadem resederat personaliter, absque A. S. dispensatione. (*A.* 31, f. 376 [a]; *V.* 88, ep. 3387.)

Ut s. T. XXX, XXXII.

41527. — *Lutoldo de Schowenberg* habilitatio et dispens. super irregularitate ex eo contracta quia dudum, XVII annos agens et in minoribus ord. constitutus, canonicatum et præb. ecclesiæ Frisingen. assecutus fuit, ac deinde parochialem eccl. in Landowe, Patavien. di., post cujus receptionem se fecit infra annum in subdiaconum promoveri, ac subsequenter præposituram curatam in eccl. Ardacen., ejusd. di., adeptus est, et postmodum, dictam parochialem eccl. omnino dimittens, canonicatum eccl. Constantien. sub exsp. præb., per capit. ipsius eccl., et demum parochialem eccl. in Polano dictæ di., ac in Sliers, Frisingen. di., necnon s. Stephani et s. Joannis Constantien. ecclesiarum præposituras curatas, et in dicta eccl. Constantien. scolastriam et cantoriam, quæ invicem sunt annexæ, fuit successive assecutus, omnesque insimul retinuit fructus ex omnibus, præpositura in Sliers dumtaxat excepta, cujus fruc-

Datum *Avenione.*

42185. — *Raymundus de Taurinis, mon. monast. Bonævallis, Cistercien. ord., Ruthenen. di.*, fit abbas monast. Berdonarum, dicti ord., Auxitan. di., in quo post obitum Montasini plures electiones discordes celebratæ sunt, quodque per PP. disposit. suæ reservatum fuit. — I. e. m. conv. et vassallis dicti monast. Berdonarum; abbati monast. Morimundi, dicti ord., Lingonen. di., ejusd. Berdonarum patriabbati; Philippo R. F. (*A.* 31, f. 193 [a]; *V.* 87, ep. 2947.)

Ut s.
T. XXX.

42186. — *Ep.o Clugien., et archipr. eccl. de Modoetia, ac plebano plebis s. Felicis de Venetiis, Mediolanen. et Castellan. di.*, mand. ut Lucæ Alberegno conferant unum vel duo benef. (20 flor. auri), de illis quæ b. m. Petrus, s. Angeli diac. card., cujus beneficia Papa disposit. suæ reservaverat, in di. Paduan. obtinebat; non obst. plebanatu plebis ss. Simonis et Judæ de Venetiis, Castellan. di., (20 flor. auri), et exspectatione benef. s. c. ad collationem ep.i et capit. Castellan. (*A.* 31, f. 244 [a]; *V.* 88, ep. 3056.)

Ut s.
T. XI, XIII.

42187. — *Vittori Canerio, de Venetiis, presb., perp. beneficiato in eccl. s. Joannis Decollati, Castellan. di.*, gratia exsp. beneficii seu off. s. c., ad collat. ep.i et capit. Tervisin. — I. e. m. ep.o Clugien., et s. Simeonis prophetæ, ac ss. Simeonis et Judæ de Venetiis, Castellan. di., plebium plebanis. (*A.* 31, f. 261 [a]; *V.* 88, ep. 3099.)

Ut s.
T. XXVI.

42188. — *Patriarchæ Graden., et ep.o Equilin., ac plebano plebis ss. Simonis et Judæ de Venetiis, Castellan. di.*, mand. ut, si prævia inquisitione ipsis de jure videbitur, Nicolao quondam Marci Baduario, cler. dictæ di., conferant hospitale s. Joannis Evangelistæ de Venetiis, ejusd. di., cujus nobiles viri domus de Cabaduario, dicti loci de Venetiis, patroni existunt, in quo fratres aliqui non sunt nec esse consueverunt, quodque a fundatione solitum est sæcularibus clericis in benef. assignari, prout in fundatione hujusmodi extitit constitutum. Vacante dudum dicto hospitali per obitum Rogerii, cler. sæcul., ipsius prioris, præfati patroni dictum Nicolaum Petro de Ogeletis, vicario Jacobi, tunc electi Castellan., præsentarunt, sed idem vicarius per iniquam sententiam hujusmodi præsentationem admittere recusavit, dictum Nicolaum repulit et hospitale prædictum Gentili de Maciis, cler. Florentin., contulit. A qua quidem sententia dictus Nicolaus ad Graden. curiam et præfatus Jacobus ex dicta curia ad S. A. appellaverunt; quam appellationem dictus Jacobus non extitit, quamvis potuerit, prosecutus, quatuordecim annis et amplius jam elapsis. (*A.* 31, f. 269 [b]; *V.* 88, ep. 3126.)

Ut s.
T. X, XII.

42189. — *Gerardo, nato Michaelis de Cantono*, collatio canon. eccl. Aversanæ, in qua certus can. numerus et præb. distinctio non habentur. — I. e. m. Ursoni et Roberto Minutuli, Neapolitan., ac Filardo Baraballi, Gaietan. can. eccl. (*A.* 31, f. 305 [b]; *V.* 88, ep. 3237.)

Ut s.
T. X, XII.

42190. — *Andreæ de Cantono* similis gratia in eccl. Neapolitan., etc., ut s. (*A.* 31, f. 305 [b]; *V.* 88, ep. 3238.)

Ut s.
T. X, XII.

42191. — *Roberto, nato Michaelis de Cantono, civis Messanen.*, collatio canon. eccl. Capuanæ, cætera ut s. (*A.* 31, f. 318 [a]; *V.* 88, ep. 3248.)

Ut s.
T. XX.

42192. — *Ep.o Senogalien., et Fulconi de Popia, thesaur. Andegaven., ac Carbono de Montelupone, scolastico Ispalen. eccl., Papæ cap.*, mand. ut Manfredo Guillelmi de Va-

Datum *Avenione.*

resio, cler. Placentin., jurisperito, conferant prioratum hospitalis S. M. de Caritate juxta portam, extra muros Eugubin., s. c., per obitum Jacobi apud S. A., prævia generali reservatione omnium prioratuum in terris ad Papam et R. E. spectantibus consistentium per PP. facta, vacantem. (*A.* 31, f. 333 [b]; *V.* 88, ep. 3285.)

14 aug. 1328. (XIX kal. sept.) T. XI 1/2, XIII 1/2.

42193. — *Joanni Angeli* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Marsican.; non obst. quod in di. Marsican. quoddam benef. s. c. (2 unc. auri) obtineat, et in di. Anagnin. auct. Joannis s. Theodori diac. card., in illis partibus A. S. legati, clericatum et perp. benef. s. c. exspectet. — I. e. m. Paduan. et Anagnin. ep.is, ac archipr. eccl. S. M. de Pileo Anagnin. di. (*A.* 31, f. 120 [a]; *V.* 87, ep. 2848.)

15 aug. 1328. (XVIII kal. sept.) T. XII, XIV.

42194. — *Jacobo de Paciaco, can. Morinensi,* facultas percipiendi fructus canon. et præb. quæ in eccl. Morinensi obtinet, insistendo studio litterarum absque residentia usque ad triennium. — In e. m. s. Genovefæ Parisien., et s. Evurtii Aurelianen. monast. abbatibus, ac decano eccl. Aurelianensis. (*A.* 31, f. 83 [a]; *V.* 87, ep. 2744.)

Ut s. T. XII, XIV.

42195. — Simile conc. *Nicolao de Paciaco, canonico præbendario in eccl. Tornacensi.* (*A.* 31, f. 83 [a]; *V.* 87, ep. 2745.)

Ut s. T. XII, XIV.

42196. — *Guillelmo de Oculomolendinorum, can. Ilerden.*, indult. percipiendi fructus benef. suorum ad triennium, aut insistens scolasticis disciplinis apud studium generale, vel obsequiis Joannis archiep.i Toletani, cujus clericus, aut n. m. Violantæ infantissæ, natæ cl. m. Jacobi regis Aragonum, cujus cancellarius existit, seu in romana curia moram trahens vel in altero benef. suorum residens. — I. e. m. archid., et Arnaldo Mulnerii, Ilerden., ac Raimundo Januarii, Oscen. can. eccl. (*A.* 31, f. 125 [a]; *V.* 87, ep. 2825.)

Ut s. T. XVI, XVIII.

42197. — *Nicolao Cappascten, nato Philippi Cappascten, cler. Amalfitan.*, gratia exsp. unius vel duorum benef., etiamsi alterum curatum fuerit, ad collat. archiep.i et capituli Amalfitan., (20 unc. auri); non obst. in Amalfitan. benef. s. c. et etiam « siataria » seu præbenda in s. Angeli de Octayan. ecclesiis, Nolan. di. — I. e. m. ep.o Marsican., et Mathæo de Prothojudice ac Francisco Capudgrasso, can. Salernitan. (*A.* 31, f. 184 [a]; *V.* 87, ep. 2919.)

16 aug. 1328. (XVII kal. sept.) T. XXX.

42198. — *Joannes, archiep.us Toletanus,* transfertur ad patriarchatum Alexandrin., vac. per obitum Oddonis. (*A.* 31, f. 198 [a]; *V.* 87, ep. 2961.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

42199. — *Berengario Amigoni, cler. Barchinonensi,* gratia exsp. beneficii ecclesiast. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t. p. secundum taxationem decimæ), ad dispositionem præpositi præposituræ mensis maii in ecclesia Barchinonensi pertinentis; gratia exsp. benef. ecclesiastici c. c. vel s. c. in forma pauperum ad collat. abbatissæ monast. s. Petri Barchinonensis, O. S. B., cassa sit. — In e. m. archidiacono de Mari, et sacristæ, ac Marcho de Villanova, can. eccl. Barchinonensis. (*A.* 35, f. 167 [a]; *V.* 88, ep. 3462.)

Ut s. T. XX.

42200. — *Archiep.o Maguntin.* mand. ut dispenset Jacobum dictum Klobelauch et Trudam, natam quond. Jungonis oppidani in Frideberg, Maguntin. di., ut matrimonium contrahere valeant, non obst. quod idem Jacobus dudum quamdam mulierem nomine Miam, ejusd. di., quæ præfatæ Trudæ in III[a] consanguin. linea est conjuncta, carnaliter cognoverit. (*A.* 31, f. 17 [b]; *V.* 88, ep. 3524.)

17 aug. 1328. (XVI kal. sept.) T. XVI.

42201. — *Thilmanno quond. Ludolphi de Vilika, cler. non conjugato nec in sacris ord. constituto, Colonien. di.*, conc. tabellionatus off., cum forma juramenti fidelitatis E. R. ab ipso præstandi. (*A.* 29, f. 135 [b]; *V.* 85, ep. 1034.)

Ut s. T. VII[xxx].

42202. — *Eximinus,* olim archiep.us Terraconen., præficitur in archiep.um eccl. Toletan., vac. per promotionem Joannis ad patriarchatum Alexandrin. — I. e. m. de-

Datum *Avenione.*

cano et capitulo, suffraganeis et vassallis eccl. Toletan.; clero et populo civit. et di.; Alphonso, regi Castellæ et Legionis. (*A.* 31, f. 53 [a]; *V.* 87, ep. 2677.)

17 aug. 1328. (XVI kal. sept.) T. XXVI.

42203. — *Joanni el. Abrincen., famil. Philippi R. F. supplic.*, prorogatur tempus recipiendi consecrationem usque ad annum a kal. oct. proxime venturis, ad quas jam prorogatum fuerat tempus, computandum, cum indulto ut canonicatus et præb. in Rothomagen., Constantien. et Cenomanen., necnon decanatum in eadem Cenomanen. eccl. ac perpetuum benef., eremum de Bellasaula vulgariter nuncupatum, et perpetuas capell. de Arrebleya et s. Pauli Vicecomitis, Cenomanen. et Sagien. di., una cum episcopatu Abrincen. retinere valeat; ipse enim obsequiis, negotiis ac comitivæ regis ejusd. habet necessario personaliter residere. (*A.* 31, f. 59 [b]; *V.* 87, ep. 2689.)

Ut s. T. XXIV.

42204. — *Petro de Tiratoria, cap. et famil. Petri ep.i Prænestini*, confirmatur gratia exsp. ipsi facta de benef. c. c. vel s. c. ad collat. ep.i Magalonen.; non obst. quod canonicatum et præb. sacerdotalem in Lingonen. eccl. obtineat, et statutis ejusd. eccl. caveatur quod obtinens in dicta eccl. præbendam sacerdotalem non possit aliud benef., residentiam personalem exigens, retinere. (*A.* 31, f. 64 [a]; *V.* 87, ep. 2702.)

Ut s. T. C, CII.

* **42205.** — Revocantur ad Papæ et A. S. examen omnes causæ vertentes inter Joannem, ep.um Belvacen., et Guillelmum, archiep.um Remen., metropolitanum ejus, eorumque officiales, super eo quod dictus archiep.us contra canonicas sanctiones duos officiales foraneos in di. Belvacen. constituit, et præfato ep.o, ejusque officialibus ad Sedem prædictam sæpius appellantibus, in ipsos excom. et suspensionis sententias promulgavit et ad aggravationem dictarum sententiarum modis inhumanis et inauditis processit; sequitur absolutio a dictis sententiis ad cautelam. (*A.* 31, f. 80 [a]; *V.* 87, ep. 2748.)

Ut s. T. VII[xxx].

42206. — *Joanni olim archiep.o Toletan., in patriarcham Alexandrin. electo*, commendatur, quoad vixerit, ecclesia Terraconen., vacans per translationem Eximini ad archiepiscopatum Toletan.; Alexandrin. enim ecclesia eorumque bona ab Agarenis detinentur, ipsique de regia stirpe genito, juxta exigentiam honoris et nobilitatis ipsius ecclesiæ Alexandrinæ suorumque grandium excellentiam meritorum, non respondet copia facultatum. — I. e. m. capitulo, vassallis et suffraganeis eccl. Terraconen.; clero et populo civit. et di.; Alphonso regi Aragonum. (*A.* 31, f. 199 [a]; *V.* 87, ep. 2962.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

42207. — *Raimundo de Rivo, presb.*, gratia exsp. perp. portionis eccl. B. M. de Benavarre, Ilerden. di., in qua sunt certi perpetui portionarii obtinentes certas perpetuas portiones cum certis redditibus, « excusatis » inibi nuncupatis, et de ejusd. eccl. proventibus eisd. portionariis assignari solitis, pertin. ad collat. archidiaconi Rippacursiæ in eccl. Ilerden.; non obst. in eccl. S. M. de Guel, dictæ di., quadam portione et quibusdam redditibus « excusatis » nuncupatis (12 lib. jaccen.) — I. e. m. Majoricen. et Ilerden. ep.is, ac Arnaldo Squerti, can. Majoricen. (*A.* 31, f. 256 [a]; *V.* 88, ep. 3098.)

Ut s. T. XL.

42208. — *Archiep.o Treveren.* mand., ad instantiam n. v. Gerlaci comitis de Nasawe, ut parochialem eccl. in Superiori Lainstein, suæ di., cujus jus patronatus ad dictum comitem pertinet, uniat parochiali eccl. in Edichenstein, ad quam ipse comes gerit specialis devotionis affectum, dictæ di., et in ea sex presbyteros instituat si facultates sufficiant, alioquin minorem numerum ibidem ordinet. (*A.* 31, f. 425 [a]; *V.* 88, ep. 3530.)

18 aug. 1328. (XV kal. sept.)

42209. — *Viano Albertini* prov. canon. et præb. eccl. Barchinonensis, vacantium per resignationem in manibus Papæ factam a Bernardo de Rupeforti. — In e. m. priori s. Annæ Barchinonen., et de Ripasili Astoricen., ac Muriveteris Valentin. archidiaconis ecclesiarum. (*V.* 87, ep. 2986.)

Datum *Avenione.*

18 aug. 1328. (xv kal. sept.) T. XI, XIII.

42210. — *Guillelmo de Ulmo, cler. Urgellen. di.*, gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (100 l. t.), etiamsi plebanatus existat, ad collat. ep.i Urgellensis. — I. e. m. ep.o Ilerden. et archid. Tirasonen., ac sacristæ Ilerden. eccl. (*A.* 31, f. 292 [a]; *V.* 88, ep. 3201.)

Ut s. T. XI, XIII.

42211. — *Dominico Luppi Sarnes* prov. canon. eccl. Tirasonen. sub exsp. præb. cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus. — I. e. m. archiep.o Cæsaraugustan., et ep.o Segobricen., ac decano eccl. Burgensis. (*A.* 31, f. 296 [a]; *V.* 88, ep. 3206.)

Ut s. — Gr.

42212. — Reservantur dispositioni S. A. omnia beneficia Petri Grunni, præcentoris et can. eccl. Barchinonen. (*A.* 31, f. 407 [a]; *V.* 88, ep. 3464.)

Ut s. T. XVI.

42213. — *N. v. Dalmatio de Castronovo, Elnen. di.*, indulgetur ut ossa quond. Dalmatii de Castronovo, patris, et Petri de Castronovo, fratris suorum, qui in Sardiniæ partibus in exercitu cl. m. Jacobi, regis Aragonum, obierunt, ad sepulcra majorum suorum transferri et in eis sepeliri valeant, non obst. quod quidam ex consanguineis eorum, desiderantes dicta ossa in dictis sepulcris transferri, illa absque diœcesani loci, ubi tumulata fuerant, licentia exhumarunt et ad partes Cathaloniæ per simplicitatem deportarunt. (*A.* 31, f. 439 [a]; *V.* 88, ep. 3563.)

19 aug. 1328. (xiv kal. sept.) T. XVI.

42214. — *Guillelmo, ep.o Vapincensi*, licentia testandi. (*A.* 31, f. 33 [b]; *V.* 87, ep 2635.)

Ut s. T. XII, XIV.

42215. — *Paulo de Villaribus, licentiato in legibus*, prov. canon. et præb. sacerdotalis, non integræ nec dimidiæ secundum fructuum valorem, in eccl. s. Audomari de s. Audomaro, Morinen. di., quæ per liberam resignat. a Guillelmo de s. Aldegonda factam vacant. — In e. m. Ambianen. et Morinen. decanis, ac Auberto de Guignicurte, can. Suessionen. ecclesiarum. (*A.* 31, f. 45 [a]; *V.* 87, ep. 2652.)

Ut s. T. XXX.

42216. — *N. v. Blasio de Alagona, d.no de Pina, et n. m. Marquesiæ Ferdinandi, de Ixar, Cæsaraugustan. di.*, dispens. super iv° consanguin. gradu in matrim. contrahendo, supplic. Alphonso, Aragonum rege. (*A.* 31, f. 40 [b]; *V.* 87, ep. 2681.)

Ut s. T. XXX.

42217. — *N. v. Alphonso Ferdinandi, d.no de Ixar, et n. v. Teresiæ, natæ quond. Artaldi de Alagone, Cæsaraugustan. di.*, dispens. ut matrim. contrahere valeant, non obst. quod ex duobus lateribus iv° consanguin. gradu invicem se contingant, et Alphonsus iii° et Teresia a communi stipite alterius lateris iv° gradu distent. (*A.* 31, f. 49 [b]; *V.* 87, ep. 2682.)

Ut s. T. XI, XIII.

42218. — *Joanni Martini, can. eccl. Cæsaraugustan., O. S. A., Alphonsi regis Aragonum familiari*, gratia exsp. dign., vel personatus, seu off. aut administr. c. c. vel s. c., ad collat. archiep.i Cæsaraugustan. spectantis et consuetæ vel consueti per can. ejusd. eccl. gub. — I. e. m. Mirapiscen. et Oscen. præpositis, ac Petro de Remolinis, can. Calaguritan. eccl. (*A.* 31, f. 76 [b]; *V.* 87, ep. 2742.)

Ut s. T. XXIV.

42219. — *S. Salvi et s. Petri de Monticellis, Florentin. di., ac s. Stephani ad pontem Florentin. sæcularium eccl. prioribus* mand. ut Angelotto, nato Vannis de Acciajolis, cler. Florentin., conferant plebanatum plebis s. Leonardi de Artimino, Pistorien. di., (30 flor. auri), quæ plebs collegiata et in partibus Tusciæ existit, vac. per obitum ultimi plebani et reservatum S. A. prævia generali reserv. omnium collegiatarum in dictis partibus consistentium; non obst. canon. plebis s. Vincentii ad Turrim et benef. clericali in eccl. s. Bartholomæi de Scampatis, Florentin. di. (*A.* 31, f. 93 [a]; *V.* 87, ep. 2769.)

Ut s. T. XI, XIII.

42220. — *Joanni de Coulant* reservantur canon. et præb. eccl. s. Joannis Andegaven., vacatura per consecrat. Mathæi, el. Briocen., consid. Joannæ R. F.; non obst. canon. et præb. eccl. s. Petri Puellarum Aurelianen. — I. e. m. decano Parisien., et

Datum *Avenione.*

archid. de Virtut Catalaunen., ac mag. Remigio de s. Margareta, can. Trecen. eccl. (*A.* 31, f. 113 [a]; *V.* 87, ep. 2803.)

19 aug. 1328. (XIV kal. sept.) T. XI, XIII.

42221. — *Andreæ Antonii, de Ortona,* collatio clericatus chori basilicæ principis apostolorum de Urbe, vac. per obitum Petri de Maliano, apud S. A. defuncti. — I. e. m. abbati monast. s. Blasii in Cantusecuta de Urbe, et Nicolao de Ceccano, archid. de Ripasili Astoricen., Papæ cap., ac Joanni de Insula, can. Lateranen. eccl. (*A.* 31, f. 111 [b]; *V.* 87, ep. 2807.)

Ut s. T. XXX.

42222. — *Mag. Rainaldo de filiis Ursi, archid. de Campinia in ecclesia Leodiensi, Papæ not., et vicario de Civitateveteri, ac Bobo de Bovescis, can. basilicæ principis apostolorum de Urbe,* mand. ut Thomasio Antonii de Ortona, presb., cler. chori dictæ basilicæ, conferant archipresbyteratum eccl. S. M. Rotundæ de Urbe, c. c., vac. per obitum Sabæ de Ametninis, cum obligatione dimittendi clericatum dictæ basilicæ. (*A.* 31, f. 115 [a]; *V.* 87, ep. 2808.)

Ut s. T. XI, XIII.

42223. — *Joanni, nato Reginaldi dicti More,* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Glasguen. — I. e. m. ep.o S. Andreæ, et abbati monast. s. Crucis de Eydingburch, S. Andreæ di., ac Guillelmo de Lindesey, can. Dunchelden. (*A.* 31, f. 149 [b]; *V.* 87, ep. 2866.)

Ut s. T. XXIV.

42224. — *Archiep.o Bracharen.* mand. ut dispenset Alphonsum Joannis, scolarem suæ di., e presbytero et soluta genitum, ut omnes ordines et beneficium (c. c. 60 vel s. c. 30 l. t.) recipere valeat. (*A.* 31, f. 142 [b]; *V.* 87, ep. 2869.)

Ut s.

42225. — *Gonsalvo Valasci* prov. canon. sub exsp. præb. sæcul. eccl. de Vimarano, Bracharen. di. — I. e. m. Valasco electo Portugalensi, et Joanni Palmarii, Bracharen., ac Joanni de Laurosa, Colimbrien. can. eccl. (*A.* 31, f. 308 [a]; *V.* 88, ep. 3231.)

Ut s. T. XXX.

42226. — *Mag. Bertrando de s. Genesio, decano eccl. Engolismen., cap. Papæ, et s. Jacobi ultra Arnum Florentin., et de Casia, Florentin. di., plebium plebanis* mand. ut Richo, rectori eccl. s. Bartholi de Mariano, Fesulan. di., conferant prioratum sæcularis et collegiatæ eccl. s. Petri in Perticaria, dictæ di., c. c., ad cujus regimen priores consueverunt per electionem assumi, vac. ad præsens et apud S. A. prævia generali reservatione omnium eccl. collegiatarum in partibus Tusciæ consistentium per PP. facta. (*A.* 31, f. 350 [a]; *V.* 88, ep. 3312.)

Ut s. T. XI, XIII.

42227. — *Fernando Martini, perp. portionario in eccl. de Villanova de Anzo, Colimbrien. di.,* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Silven. — I. e. m. ut s. n. 42225. (*A.* 31, f. 312 [a]; *V.* 88, ep. 3528.)

20 aug. 1328. (XIII kal. sept.) T. XVI.

42228. — Reservatur S. A. dispositioni parochialis ecclesia de Albiaco cum suis annexis, Tolosan. di., cum eam vacare contigerit. (*A.* 31, f. 190 [b]; *V.* 87, ep. 2982.)

Ut s. T. XXX.

42229. — *Joanni s. Theodori diac. card., S. A. legato,* mand. ut Joanni, filio Landi Bicci, de Eugubio, cler. Eugubin., conferat gratiam exsp. unius vel duorum beneficiorum ecclesiast. (c. c. 100 l. t. p. secundum taxationem decimæ), ad collat. ep.i et capit. eccl. Eugubin., in civit. vel di. Eugubin. (*A.* 34, f. 119 [b]; *V.* 88, ep. 3431.)

21 aug. 1328. (XII kal. sept.) T. XXIV.

42230. — *Arnaldo de Cumbis, archid. B. M. de Mari in eccl. Barchinonen.,* dispens. super defectu oculi ut in ep.um promoveri valeat. (*A.* 29, f. 586 [a]; *V.* 85, ep. 887.)

Ut s. T. XI, XIII.

42231. — *Jacobo, filio Ægidii Solos de Leodio,* can. sub exsp. præb. eccl. de Tongris, Leodien. di., prov. canon. sub exsp. præb. eccl. B. M. Brugen., Tornacensis di. — In e. m. scolastico Tullen., et cantori s. Martini Leodien., ac Jacobo de Ninive, can. Trajectensis ecclesiarum. (*A.* 31, f. 60 [b]; *V.* 87, ep. 2705.)

Datum *Avenione.*

21 aug. 1328. (XII kal. sept.) T. XXIV.

42232. — *Præposito s. Dionysii, et cantori s. Martini Leodiensis, ac Jacobo de Ninive, can. Trajectensis eccl.*, mand. ut Nicolao dicto Solos, monacho monasterii s. Jacobi Leodiensis, O. S. B., conferant prioratum s. Leonardi in suburbio Leodiensi, dicti ord., præfato monast. immediate subjectum et per monachos ipsius monast. solitum gubernari, qui vacat per promotionem Henrici dicti Cossins in abbatem hujusmodi monasterii et per invalidam collationem a dicto Henrico factam Joanni de Hamale et postea Joanni dicto Polhon. (*A.* 31, f. 77 [a]; *V.* 87, ep. 2736; Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. II, p. 209, n. 2214.)

Ut s. T. XII, XIV.

42233. — *Raimundo de Bolaresio* collatio archipresbyteratus de Lamacysa c. c., Lemovicen. di., vacantis per assecutionem parochialis eccl. de Conilhaco, Narbonen. di., Gasberto de Montelauduno per PP. collatæ; non obst. quod super parochiali eccl. de Colnaco, Ruthenen. di., in romana curia cum capitulo eccl. Ruthenen., qui dictam eccl. detinent, litiget, cum obligatione, si litem evincat, dimittendi eumdem archypresbyteratum. — I. e m. decano s. Aredii, Lemovicen. di., et Mirapiscen. ac Cavallicen. præpositis eccl. (*A.* 31, f. 123 [a]; *V.* 87, ep. 2816.)

Ut s. T. XI, XIII.

42234. — *Raimundo de Abbatia, rectori curatæ eccl. de Rastello, Vasionen. di.*, collatio canon. et præb. eccl. Cavallicen., ante obitum Catalani per PP. disposit. suæ reservatorum. — I. e. m. decano s. Stephani de Tescone Montisalban., et archid. Elnen., ac Raimundo de Quercu, can. Lingonen. eccl. (*A.* 31, f. 164 [b]; *V.* 87, ep. 2879.)

Ut s. T. XX.

42235. — *Bertrando S. M. in Aquiro diac. card.* facultas recipiendi resignationes ex causa permutationis faciendas a Rogerio de Convenis de canon., præb. et decanatu Lichefelden., et a Joanne Gasci de canon., præb. et præpositura seu mensata s. c. Ilerden. eccl. (*A.* 31, f. 171 [b]; *V.* 87, ep. 2934.)

Ut s. T. XI, XIII.

42236. — *Joanni de Curtali* collatio canon. et præb. eccl. Salamantin., vac. per consecrationem Gunsalvi ep.i Salamantin. — I. e. m. Legionen., de Campis Palentin., ac de Ulmeto Abulen. archid.is eccl. (*A.* 31, f. 221 [a]; *V.* 88, ep. 3026.)

Ut s. T. XX.

42237. — *Præp. s. Dionysii, et cantori s. Martini Leodien., ac Jacobo de Ninive, can. eccl. Trajectensis*, mand. ut Joannam, filiam Joannis dicti Solos, puellam litteratam Leodiensem, in monacham et sororem monast. de Salosines, Cistercien. ord., Leodien. di., recipi faciant. (*A.* 31, f. 262 [b]; *V.* 88, ep. 3123.)

Ut s. T. XX.

42238. — *Eisdem* simile mandatum favore Mariæ, filiæ Ægidii Solos, puellæ litteratæ Leodiensis, quoad monast. Vallis Benedictæ prope Leodium, O. S. B. (*A.* 31, f. 262 [a]; *V.* 88, ep. 3122.)

Ut s. T. XI, XIII.

42239. — *Balduino Walteri de Corwarem* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Salvatoris Trajectensis. — I. e. m. abbati monast. s. Pauli Trajectensis, et præp. s. Martini Leodien., ac mag. Jacobo de Mutina, cap. PP., scolastico Tullensis ecclesiarum. (*A.* 31, f. 306 [a]; *V.* 88, ep. 3240.)

22 aug. 1328. (XI kal. sept.) Gr. pro pers. card.

42240. — *Petro s. Stephani in Cœliomonte presb. card.* conf. omne jus quod super prioratu conventuali de Monteacuto, c. c., Cluniac. ord., Bathonien. di., vacante per assecutionem prioratus de Guigniaco, dicti ord., Lugdunen. di., a Joanne Caprarii auct. litt. apost. factam, competebat quond. Roberto Russe, mon. monasterii B. M. de Tanystok, O. S. B., Exonien. di., de eodem prioratu motu proprio per PP. proviso, qui cum Gicardo de Jou, mon. monast. Cluniacen., [Matisconen. di.], a Petro, hujus monast. abbate, proviso, apud S. A. litigabat; sequitur dispens. super plural. beneficiorum; non obst. quod ord. Cluniacensis professor nequaquam extitisset. — I. e. m. archiep.o Cantuarien., et ep.o Wigornien., ac abbati monast. s. Sergii Andegaven. (*A.* 30, f. 167 [b]; *V.* 87, ep. 2733.)

Datum *Avenione.*

22 aug. 1328. (XI kal. sept.) T. XI, XIII.

42241. — *Vitali Bruforneri, cler. Mimaten. di.*, reservatur paroch. eccl. B. M. de Bellovidere s. Amantii Vallistoreti, Vauren. di., vacatura per assecutionem parochialis eccl. de Bellopodio, Mirapiscen. di., Thomæ de Nogareto per PP. collatæ. — I. e. m. archiep.o Ebredunen., et præp. Mimaten., ac archid. Caturcen. eccl. (*A.* 31, f. 124 b; *V.* 87, ep. 2820.)

23 aug. 1328. (X kal. sept.) T. XXIV.

42242. — *Joanni ep.o Belvacen.* facultas tabellionatus off. concedendi 2 clericis non conjugatis nec in sacris ord. constitutis, ab ipso eligendis, cum forma juramenti fidelitatis R. E. ab ipsis præstandi. (*A.* 29, f. 136 a; *V.* 85, ep. 1038.)

Ut s. T. XII, XIV.

42243. — *Ermengaudo de Vilarico, can. et camerario monasterii Villæbertrandi, O. S. A., Gerunden. di.*, indulgetur ut, insistendo scolasticis disciplinis in loco ubi studium vigeat generale, cum propter guerrarum discrimina in dicto monast. sine magno sui corporis periculo non possit residentiam facere personalem, usque ad triennium fructus portionis qui canonicis ejusd. monast. non solum præsentibus, sed etiam absentibus, consueverunt causa studii ministrari, sicut consuetum est uni ex aliis canonicis ipsius monast. litterarum studio insistentibus, integre percipere valeat, et interim ad residendum in eo minime teneatur. — I. e. m. de Silva et Impuritanen. archid.is, ac Guillelmo de Vilarico, can. eccl. Gerunden. (*A.* 31, f. 330 a; *V.* 86, ep. 1598.)

Ut s. T. XX.

42244. — *Ep.o Gerundensi* mand. ut dispenset Bernardum de Villacuto, domicellum, et Bartholomæam, natam Guillelmi de Pavo, mil., suæ di., ut matrim. contrahere valeant non obst. IV° consanguin. gradu. (*A.* 31, f. 19 b; *V.* 87, ep. 2678.)

Ut s. T. XV, XVII.

42245. — *Ferrando de Aragonia* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Calatamben., Tirasonen. di.; cum dispens. super defectu natalium, cum de conjugato et soluta sit genitus. — I. e. m. archid. Tirasonen., et præcentori Cæsaraugustan., ac sacristæ ejusd. Tirasonen. eccl. (*A.* 31, f. 73 b; *V.* 87, ep. 2710.)

Ut s. T. XII.

42246. — *Fernando de Aragonia, cler. Valentin., de conjugato et soluta genito*, dispens. super defectu natalium ut ad omnes ord. promoveri valeat. (*A.* 31, f. 61 b; *V.* 87, ep. 2722.)

Ut s. T. XXIV.

42247. — *Benascen. Ilerden. et de Aliazira Valentin. archid.is, ac Dominico Ægidii, can. Segobricen. eccl.*, mand. ut mag. Jacobo Cinerosi, licent. in artibus, rectori parochialis eccl. Vallis s. Martini, Cæsaraugustan. di., quam dimittere tenetur, ac portionario eccl. s. Jacobi Daronc, dictæ di., conferant parochialem eccl. Benalguacil, Valentin. di., (50 lib. barchinonen. secundum taxationem antiquæ decimæ), vacantem per assecutionem parochialis eccl. de Ludon, dictæ Cæsaraugustan. di., Ægidio Luppi per PP. collatæ. (*A.* 31, f. 84 a; *V.* 87, ep. 2727.)

Ut s. T. XI, XIII.

42248. — *Arnaldo de s. Fructuosa* gratia exsp. benef. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t.), in civit. vel di. Valentin., provinciæ Terraconen., pertin. ad collat. ep.i Valentin.; non obst. perp. capellania in eccl. monasterii Zaydie, Cisterc. ord., Valentin. di., clericis sæcul. assignari solita. — I. e. m. abbati monast. de Valledigna, Valentin. di., et archid. Tirasonen., ac sacristæ Valentin. eccl. (*A.* 31, f. 74 a; *V.* 87, ep. 2738.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

42249. — *Raimundo de Picapollo* collat. perp. capellaniæ seu vicariæ parochialis eccl. de Cinctagavella, Mirapiscen. di., ante obitum Raimundi Carbonelli per PP. (VI kal. maii proxime præteriti), disposit. suæ reservatæ; non obst. eccl. s. Michaelis ad Castellum, Tolosan. di., quam dimittere tenetur, et quodam hospitali juxta prioratum B. M. Deauratæ Tolosan., s. c. — I. e. m. præp., archid. et sacristæ eccl. Mirapiscen. (*A.* 31, f. 98 b; *V.* 87, ep. 2771.)

Ut s. T. XV, XVII.

42250. — *Ferrando de Aragonia* prov. canon. eccl. Tutellen., Tirasonen. di., sub exsp. præb. et dign., personatus vel off.; non obst. quod hodie de canon. sub exsp.

Datum *Avenione.*

præb. eccl. Calathamben., dictæ di., provisus sit, et defectum natalium patiatur, cum sit de conjugato genitus et soluta, super quo dispensatur. — I. e. m. archid. et sacristæ Tirasonen., ac præcentori Cæsaraugustan. eccl. (*A.* 31, f. 122 [a]; *V.* 87, ep. 2817.)

23 aug. 1328. (x kal. sept.) T. XII, XIV.

42251. — *Raimundo de Monteacuto, can. eccl. B. M. Belnen., Æduen. di., Papæ famil.*, indult. ut, Papæ obsequiis seu studio litterarum insistendo, aut in prædicta B. M. aut in parochiali eccl. de Portello, Tolosan. di., cujus rector existit, residendo, fructus beneficiorum suorum usque ad quinquennium integre percipiat. — I. e. m. abbati monast. Trenorchien., Cabilonen. di., et præp. eccl. Regen., ac officiali Vauren. (*A.* 31, f. 133 [b]; *V.* 87, ep. 2824.)

Ut s. T. XII 1/2, XIV 1/2.

42252. — *Guillelmo Petri Paxares* gratia exsp. dign., personatus seu off. c. c. vel s. c. in eccl. Barchinonen.; non obst. in ead., Ilerden. et Urgellen. canon. sub exsp. præb. et in ipsa Ilerden. ecclesiis præpositura, s. c., mensata vulgariter nuncupata, quæ nec dign. nec personatus existit et de qua litigat, necnon beneficiis præstimonialibus de Alget, de Cidiello, de Albalat et Fuente lenzina, ac canon., præb. et cantoria eccl. S. M. Calatamben., Toletan. et Tirasonen. di., ipsi reservatis; quam cantoriam dimittere tenetur. — I. e. m. priori s. Annæ, et S. M. de Mari majoris Barchinonen., ac Tirasonen. archid.is ecclesiarum. (*A.* 31, f. 132 [a]; *V.* 87, ep. 2826.)

Ut s. T. XIII 1/2, XV 1/2.

42253. — *Ermengaudo de Vilarico, can. monast. Villæbertrandi O. S. A., Gerunden. di.*, gratia exsp. dign., vel personatus, aut prioratus, seu præposituræ, administr., sive off. aut benef. c. c. vel s. c., consueti vel consuetæ per can. eccl. Gerunden., ad quam transfertur, gubernari, et ad collat. ep.i et capituli Dertusen. pertin.; cum obligatione dimittendi off. camerariæ præfati monast. — I. e. m. Petro de Cardona, decano, et Humberto de Castro episcopali ac Guillelmo de Vilarico, can. eccl. Ilerden. (*A.* 31, f. 132 [b]; *V.* 87, ep. 2832.)

Ut s. T. XI, XIII.

42254. — *Jacobo Berlandi* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Agrigentin.; non obst. quod benef. c. c. vel s. c. ad collationem ep.i s. Pontii Thomeriarum exspectet. — I. e. m. Siracusan. et Mazaren. ep.is, ac Vitali de Ape, can. Agennen. (*A.* 31, f. 165 [b]; *V.* 87, ep. 2890.)

Ut s. T. XI, XIII.

42255. — *Jacobo de Palatio, X annum agenti*, prov. canon. eccl. Vicen. sub exsp. præb. et præposituræ, mensatæ vulgariter nuncupatæ, quæ nec dign. nec personatus existit. — I. e. m. ut s., n. 42252. (*A.* 31, f. 170 [b]; *V.* 87, ep. 2895.)

Ut s. T. XII, XIV.

42256. — *Symoni de Rupecavardi, cancellario eccl. Noviomen.*, indult. percipiendi fructus benef. suorum ad triennium, causa studii. — I. e. m. Parisien. et Aurelianen. decanis, ac archid. de Belvacinio, Belvacen. eccl. (*A.* 31, f. 173 [b]; *V.* 87, ep. 2908.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

42257. — *Mag. Anfredo, licent. in jure civili*, prov. canon. eccl. Lexovien. sub exsp. præb., et dign., vel personatus seu off. c. c. vel s. c.; non obst. quod de præb. eccl. s. Vedasti Atrebaten. et parochiali eccl. de Belnayo, Rothomagen. di., quam dimittere tenetur, litiget, et quamdam perp. capell. in eccl. de Britulio, Belvacen. di., obtineat. — I. e. m. abbati monast. de Cormeliis, Lexovien. di., et Rothomagen., ac mag. Petro Placentis, de Belvacinio Belvacen. eccl. archid.is. (*A.* 31, f. 183 [a]; *V.* 87, ep. 2924.)

Ut s. T. XI, XIII.

42258. — *Radulpho de Marrigniaco, can. præben. eccl. Melden.*, similis gratia in eccl. Ambianen. — I. e. m. Silvanecten. et de Belvacinio Belvacen. archid.is, ac succentori Parisien. eccl. (*A.* 31, f. 183 [b]; *V.* 87, ep. 2935.)

Ut s. T. XIII, XV.

42259. — *Mathæo de Vallibus, mon. monast. s. Symphoriani prope Belvacum, O. S. B.*, gratia exsp. prioratus, dign., personatus, off. vel benef. c. c. vel s. c., ad collat. abbatis et conv. monast. s. Geremari de Flaviaco, ejusd. ord., Belvacen. di., ad quod

Datum *Avenione.*

transfertur. — I. e. m. decano et archid. de Belvacinio, ac cantori eccl. Belvacen. (*A.* 31, f. 185 [b]; *V.* 87, ep. 2927)

23 aug. 1328. (x kal. sept.) T. XI, XIII.

42260. — *Mag. Thomæ dicto le Rebours, u. j. professori,* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Belvacen. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et Senonen. ac Silvanecten. eccl. archid.is. (*A.* 31, f. 186 [a]; *V.* 87, ep. 2928.)

Ut s. T. XII, XIV.

42261. — *Roberto de Marrigniaco, archid. Senonen.*, indult. percipiendi fructus benef. suorum ad triennium causa studii. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et decano Belvacen., ac archid. Silvanecten. eccl. (*A.* 31, f. 186 [a]; *V.* 87, ep. 2929.)

Ut s. T. XL, XLII.

42262. — *Joanni, ep.o Belvacen.*, indultum ut VIII clerici, famil. sui, fructus omnium benef. suorum ad triennium integre percipiant. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et Belvacen. ac Parisien. decanis eccl. (*A.* 31, f. 195 [a]; *V.* 87, ep. 2957 A.)

Ut s. T XXIV.

42263. — *Eisdem* facultas providendi uni personæ, quam duxerit eligendam, de canon. eccl. suæ Belvacen. et præbenda vacante vel vacatura. (*A.* 31, f. 195 [b]; *V.* 87, ep. 2957 B.)

Ut s. T. XVI.

42264. — *Joanni, ep.o Belvacen.*, indult. ad triennium reconciliandi per alium ecclesias et cæmeteria violata suarum civit. et di. (*A.* 31, f. 186 [b]; *V.* 87, ep. 2963.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

42265. — *Bernardo Costa, presb. Gerunden. di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t.), ad collat. ep.i Gerunden.; non obst. quod quoddam benef. s. c. (10 lib. barchinonen.) in dicta di. obtineat. — I. e. m. de Villabertrando et s. Petri Roden., Gerunden. di., monast. abbatibus, ac archid. Tirasonen. (*A.* 31, f. 232 [a]; *V.* 88, ep. 3044.)

Ut s. T. XII, XIV.

42266. — *Guillelmo de Vilarico, licent. in decretis, can. Gerunden.*, indult. ut, in romana curia seu alibi ubi studium vigeat generale residens, fructus præbendarum et portionum Gerunden. et Ilerden. eccl., in quibus propter guerrarum discrimina non potest absque sui corporis periculo residere, usque ad triennium integre percipere valeat. — I. e. m. decano Ilerden., et Urgelleti et Vallisandorræ Urgellen. ac de Silva Gerunden. eccl. archid.is. (*A.* 31, f. 237 [a]; *V.* 88, ep. 3049.)

Ut s. T. XII, XIV.

42267. — *Guillelmo de Molanis, decano eccl. Ambianen.*, indult. percipiendi fructus benef. suorum ad triennium absque residentia, causa studii. — I. e. m. s. Genovefæ Parisien., et Fiscannen., Rothomagen. di., monast. abbatibus, ac decano eccl. Parisiensis. (*A.* 31, f. 176 [a]; *V.* 88, ep. 3142.)

Ut s. T. XI, XIII.

42268. — *Petro Monerii, presb. Gerunden. di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) in di. Gerunden., ad collat. præpositi præposituræ de Castilione in eccl. Gerundensi; non obst. quodam tenui beneficio s. c. in eccl. de Castilione, dictæ di. — I. e. m. ut s. n. 42265. (*A.* 31, f. 212 [a]; *V.* 88, ep. 3172.)

Ut s. T. XII, XIV.

42269. — *Raimundo de Vilaricho, can. et camerario monast. s. Joannis de Albatissis, O. S. A., Vicen. di.*, indult. ut insistens, in romana curia vel alibi ubi studium vigeat generale, scolasticis disciplinis, cum in dicto monast. ob guerrarum discrimina sine magno sui capitis periculo non possit residentiam facere personalem, fructus portionis qui canonicis ejusd. monast. non solum præsentibus, sed etiam absentibus, consueverunt causa studii ministrari, sicut consuetum est uni ex aliis canonicis ipsius monast. litterarum studio insistentibus, necnon et alios fructus officii suæ camerariæ dicti monast. ipsi debitos, integre percipere valeat, nec interim ad residendum in dicto monast. minime teneatur. — I. e. m. Rivipulli et Campirotundi, Vicen. et Gerunden. di., monast. abbatibus, ac Guillelmo de Vilaricho, can. Gerunden. (*A.* 31, f. 323 [a]; *V.* 88, ep. 3257.)

Ut s. T. XI, XIII.

42270. — *Joanni de Podio Levantis, cler. Elnen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. s. c. (50 l. t. p. secundum taxationem decimæ) ad collationem ep.i et capituli Elnen.

Datum *Avenione.*

in civit. vel di. Elnen. — In e. m. s. Michaelis de Cuxano, et S. M. de Arulis, Elnen. di., monast. abbatibus, ac Raymundo de Argilagueriis, can. Urgellensi. (*A.* 33, f. 58 [b]; *V.* 88, ep. 3325.)

25 aug. 1328. (VIII kal. sept.) T. XI, XIII.

42271. — *Bernardo Roca* conf. ecclesia s. Thomæ Nemausen. s. c., vac. per obitum Jacobi de Loberia apud S. A. defuncti. — I. e. m. Corbeiarum Narbonen., et de Saldania Legionen. archid.is, ac Joanni Ranaldi, can. Cavallicen. eccl. (*A.* 31, f. 50 [a]; *V.* 87, ep. 2667.)

Ut s. T. XII, XIV.

42272. — *Raimundo Joannis, alias Laxcoutz, præp. eccl. Regen., papæ famil.*, indult. ad quinquennium percipiendi fructus benef. suorum absque residentia, causa studii. — I. e. m. ep.o Riven., et abbati monast. s. Petri de Usercia, Lemovicen. di., ac archid. Figiaci in ecclesia Caturcensi. (*A.* 31, f. 56 [a]; *V.* 87, ep. 2680.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

42273. — *Stephano Mercerii de Valentia, eccl. Valentinæ can. et portionario*, prov. canon. et præb. eccl. s. Crucis Leodiensis vacantium per liberam resignationem quæ a Joanne Mercerii in manibus Napoleonis, s. Adriani card. diac., facta fuit. — I. e. m. Levoldo de Nortof et Einguilberto dicto Fransois, Leodien., ac Rolando de Scarampis, Asten. eccl. canonicis. (*A.* 31, f. 73 [a]; *V.* 87, ep. 2709.)

Ut s. T. XI, XIII.

42274. — *Mag. Guillelmo de Maisnilio* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Senonensis, consid. Philippi regis Franciæ; non obst. parochiali eccl. de Lizortio et perp. capellania capellæ castri de Maisnilio, Rothomagen. et Atrebaten. di., 65 l. t. sec. taxationem antiquæ decimæ non excedentibus. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et decano Ambianen., ac Auberto de Guignicurte, can. Suessionen. eccl. (*A.* 31, f. 107 [a]; *V.* 87, ep. 2778.)

Ut s. T. XI, XIII.

42275. — *Francisco Ulipsis de Urbe, cler. et famil. Napoleonis s. Adriani diac. card.*, collatio canon. et præb. eccl. s. Bartholomæi prope Tridentum, vac. per obitum Petri Pantaleonis de Urbe, apud S. A. defuncti. — I. e. m. abbati monast. de s. Laurentio, et præp. Lisclen., Tridentin. di., ac Rollando de Scarampis, can. Asten. eccl. (*A.* 31, f. 139 [a]; *V.* 87, ep. 2864.)

Ut s. T. XI, XIII.

42276. — *Eidem* collatio canon. et præb. eccl. Tridentin., vac. per obitum præfati Petri; cetera ut s. (*A.* 31, f. 139 [b]; *V.* 87, ep. 2865.)

Ut s. T. XXIV.

42277. — *Jacobo, nato cl. m. Jacobi regis Aragonum, fratri domus militiæ S. M. de Muntesia, ord. Calatraven., Valentin. di.*, indult. eligendi confessorem qui ei semel tantum in mortis articulo plenam peccatorum suorum remissionem concedere valeat. (*A.* 31, f. 171 [a]; *V.* 87, ep. 2896.)

Ut s. T. XX.

42278. — *Decano Belvacen., et Silvanecten. ac de Belvacinio Belvacen. archid.is eccl.* mand. pro receptione Joannæ, dictæ la Selliere, de Calliaco, mulierem Rothomagen. di., in hospitali seu domo Dei Belvacen. (*A.* 31, f. 188 [a]; *V.* 87, ep. 2933.)

Ut s. T. XVI.

42279. — *Jacobo, nato cl. m. Jacobi regis Aragonum, fratri domus militiæ S. M. de Montesia, ord. Calatraven., Valentin. di.*, licentia testandi. (*A.* 31, f. 196 [b]; *V.* 87, ep. 2955.)

Ut s. T. XX.

42280. — *Archid. Silvanecten., et cantori ac succentori Belvacen. eccl.* mand. pro receptione Mathildis dictæ de Hotot, puellæ litteratæ Rothomagen. di., in monast. monialium B. M. de s. Paulo, O. S. B., Belvacen. di. (*A.* 31, f. 196 [a]; *V.* 87, ep. 2958.)

Ut s. T. XX.

42281. — *Archid. Silvanecten., et cantori, ac succentori Belvacen. eccl.* mand. pro receptione Petri dicti Maumuchet, cler. Rothomagen. di., in monast. s. Symphoriani juxta Belvacum, O. S. B. (*A.* 31, f. 197 [a]; *V.* 87, ep. 2967.)

Ut s. T. XX.

42282. — *Eisdem* mand. pro receptione Martini dicti Malle, cler. Rothomagen. di., in monasterio S. Luciani prope Belvacum, O. S. B. (*A.* 31, f. 197 [a]; *V.* 87, ep. 2968.)

Ut s. T. XX.

42283. — *Eisdem* mand. pro receptione Bernardi de Furno, cler. Rothomagen. di., in monast. s. Martini de Bosco, O. S. A., Belvacen. di. (*A.* 31, f. 197 [a]; *V.* 87, ep. 2969)

Datum *Avenione.*

25 aug. 1328. (VIII kal. sept.) T. XIII ½, XV ½.

42284. — *Joannino Macharelli de Assisio, mon. monast. s. Euticii de Valle Castoriana, O. S. B., Spoletan. di.*, gratia exsp. dign., vel prioratus, aut personatus, seu administr., aut off. sive benef., c. c. vel s. c., etiamsi per electionem ad illa consueverit quis assumi, ad collationem abbatis et conv. monast. s. Silvestri de Nonantula, dicti ord., Mutinen. di., ad quod transfertur; non obst. quod olim O. F. M. professus fuerit, et ad dictum monast. s. Euticii se de superioris licentia transtulerit, et in manibus abbatis ipsius monast. professionem emiserit, super quo defectu ut vocem in capitulo habere et ad dignitates abbatiales, prioratus etc. ejusd. O. S. B. assumi valeret, dispensatus fuit; cassatur gratia exsp. dign., aut prioratus, seu personatus aut off. ad collationem abbatis et conv. dicti monast. s. Euticii, ipsi per PP. facta. — I. e. m. abbati monast. s. Benedicti de Monte Subasio, Assininaten. di., et priori Assisinaten., ac archipr. Perusin. eccl. (*A.* 31, f. 234 [a]; *V.* 88, ep. 3046.)

Ut s. T. XI, XIII.

42285. — *Jacobo de Cyionis, u. j. baccalario*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Oscensis; non obst. quod canon., præb. ac præposituram sive mensatam in eccl. Ilerdensi, ac quartos de Castro, de Crosta et de Lomberres ecclesiarum, Ilerden. di., ad mensam ep.i Ilerden. spectantes, in annuam pensionem obtineat. — I. e. m. Jacobo de Solerio, Vicen., et Bernardo de Plicamanibus, Ilerden., ac Raimundo de Perolo, Tirasonen. eccl. can. (*A.* 31, f. 300 [b]; *V.* 88, ep. 3217.)

26 aug. 1328. (VII kal. sept.) T. XII ½, XIV ½.

42286. — *Joanni Forestarii, mon. monast. s. Joannis Angeliacen. O. S. B., Xanctonen. di.*, gratia exsp. prioratus, vel personatus, seu administr., vel præposituræ, aut off., vel cujuscumque alterius dign. seu benef. c. c. vel s. c., consueti per ejusd. monast. mon. gub. et ad ejus abbatis et conv. collationem pertin.; cum obligatione dimittendi prioratum de s. Severo, ord. et di. prædictorum, eid. monast. immediate subjectum. — I. e. m. abbati monast. s. Petri de Aureavalle, Malleacen. di., et decano, ac Oliverio de Cerzeto, can. eccl. Pictaven. (*A.* 31, f. 62 [b]; *V.* 87, ep. 2703.)

Ut s. T. XX.

42287. — Reservatur S. A. dispositioni decanatus eccl. s. Audomari, Morinen. di., per obitum quond. mag. Andreæ de Duxiaco, in partibus Franciæ defuncti, vacans et ad quem providitur per electionem capituli ecclesiæ. (*A.* 31, f. 295 [a]; *V.* 88, ep. 3208.)

27 aug. 1328. (VI kal. sept.) T. XV, XVII.

42288. — *Jacobo de Trilia, nato Alberti de Trilia mil.*, collatio canon. et præb. eccl. Gerunden., vac. per resignationem Raimundi de Villamarino, apud S. A. sponte factam; non obst. quod hujusmodi præbenda diaconatus ordinem habeat annexum, ipseque XV annum agat; cassantur litteræ per quas canonicatum sub præbendæ in eadem eccl. et sub capellaniarum in di. Gerunden. expectatione obtinet. — I. e. m. archid. Impuritanen., et Bernardo de Corniliano ac Ferrando de Muredine, can. eccl. Gerunden. (*A.* 31, f. 179 [b]; *V.* 87, ep. 2912.)

28 aug. 1328. (V kal. sept.) T. XXVI.

42289. — *Joanni olim archiep.o Toletano, in patriarcham Alexandrin. electo, administratori ecclesiæ Terraconen. in spiritualibus et temporalibus per S. A. deputato*, facultas ut, quamvis litteras apost. super hujusmodi administratione nondum habeat, liceat ei tamen usque ad tres menses, infra quos litteras habere potuerit antedictas, eamdem administr. suscipere et gerere. (*A.* 31, f. 6 [b]; *V.* 87, ep. 2644.)

29 aug. 1328. (IV kal. sept.) T. XXVI.

42290. — Visitantibus ecclesiam s. Margaritæ de Casalakalbules, Arianen. di., in singulis B. M. V. et ejusd. s. Margaritæ festivitatibus conceditur indulg. C dierum, XL vero dierum per octavas. (*A.* 31, f. 40 [a]; *V.* 87, ep. 2685.)

Ut s. T. XXIV.

42291. — *N. m. Nidæ, relictæ quond. Mathæi de Scalecta, viduæ Messanen. di.*, indult. eligendi confessorem qui ei semel tantum in mortis articulo plenam omnium peccatorum suorum remissionem concedere valeat. (*A.* 31, f. 102 [a]; *V.* 87, ep. 2844.)

Datum *Avenione.*

29 aug. 1328. (IV kal. sept.) T. XXX.

42292. — *N. v. Rainaldo de Scalecta, comitatuum Provinciæ et Forcalquerii senescallo, et n. m. Lyonori, ejus uxori,* indultum idem ac supra. (*A.* 31, f. 121 [b]; *V.* 87, ep. 2853.)

Ut s. T. XVIII.

42293. — *Supradictæ Lyonoræ* indultum habendi altare portatile. (*A.* 31, f. 121 [b]; *V.* 87, ep. 2854.)

Ut s. T. XVIII.

42294. — *Eid. Rainaldo* indultum habendi altare portatile, adeo enim est infirmitate gravatus ut ecclesiam, ad audiendum missam, visitare non potest. (*A.* 31, f. 131 [b]; *V.* 87, ep. 2855.)

30 aug. 1328. (III kal. sept.) T. XXIV.

42295. — *Arnaldo Tizonis* indultum ut ratione parochialis eccl. de Birago, Engolismen. di., quam nondum anno elapso assecutus est, non teneatur, usque ad biennium, ad diaconatus et presbyteratus ord. promoveri, et interim in loco ubi studium vigeat generale insistere valeat. (*A.* 31, f. 54 [a]; *V.* 87, ep. 2687.)

Ut s. T. L.

42296. — Monasterium canonicarum s. Saturnini Tolosani insignitur titulo, honore et nomine abbatiæ, ita quod eidem præsidens, quæ priorissa vocabatur, et præsidentes quæ ei succedent, abbatissæ de cætero nuncupentur et benedictionis munus recipiant. (*A.* 31, f. 99 [b]; *V.* 87, ep. 2777; *Gallia Christiana*, t. XIII, *Instrum.*, col. 62.)

Ut s. T. XX.

42297. — *Guillelmo el. Redonen.* prorogatur ad IV menses, a data præsentium computandos, terminus recipiendi consecrationem; ipse enim a tempore receptionis litterarum apost. suæ promotionis, præterquam per VIII dies sanus corpore non fuit, immo gravi et quasi mortali infirmitate detentus. (*A.* 31, f. 67 [b]; *V.* 87, ep. 2796.)

Ut s. T. XII, XIV.

42298. — *Alphonso de Malobodio, can. Belvacen.*, indultum percipiendi fructus benef. suorum ad triennium, causa studii. — I. e. m. ep.o Belvacen., et abbati monast. s. Genovefæ Parisien., ac mag. Petro de Villanis, can. Carnoten. (*A.* 31, f. 169 [b]; *V.* 87, ep. 2888.)

Ut s. Gr. pro Deo.

42299. — *Archiep.o Canturien.* mand. ut decidat quæstionem ortam inter Joannem dictum le Orfreyser, olim abbatem monast. s. Salvatoris de Saversham, O. S. B., Cantuarien. di., per sententiam Walteri, olim archiep.i Cantuariensis, depositum propter varia crimina, ex una parte, et Joannem dictum Yve, se asserentem abbatem, ac conv. præfati monasterii, ex alia parte, qui, sciente quondam Waltero et approbante, electioni Joannis processit. (*A.* 32, f. 27 [b]; *V.* 87, ep. 2921.)

Ut s. T. XXIV.

42300. — *Isabelli abbatissæ monast. B. M. ad Moniales Suessionen., O. S. B.*, facultas providendi personæ idoneæ de thesauraria ipsius monasterii, ad suam collationem pertin., quam ipsa tempore promotionis suæ obtinebat. (*A.* 31, f. 279 [b]; *V.* 88, ep. 3153.)

Ut s. T. XI, XIII.

42301. — *Berengario Pigot, presb. Barchinonen. di.*, gratia exsp. benef. sæcul. c. c. (60 l. t.), ad collat. abbatis monast. s. Cucuphati Vallen., O. S. B., Barchinonen. di.; non obst. quadam perp. capell. S. M. de Pugyolguisa, dictæ di. — I. e. m. B. M. de Mari Barchinonen., et Muriveteris Valentin. archid.is, ac Bernardo de Plicamanibus, can. Ilerden. eccl. (*A.* 31, f. 356 [a]; *V.* 88, ep. 3334.)

Ut s. T. XI, XIII.

42302. — *Petro Gerardi de Barbona* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Laurentii de Roseto, Laudunensis di. — In e. m. s. Vincentii Laudunen. et s. Faronis Melden. monasteriorum abbatibus, ac archid. de Vitello in eccl. Tullensi. (*A.* 32, f. 210 [a]; *V.* 88, ep. 3540.)

31 aug. 1328. (II kal. sept.) T. XXIII.

42303. — *Arnaldo Molinerii, cler. non conjugato nec in sacris ord. constituto,* conc. tabellionatus off., cum forma juramenti fidelitatis R. E. ab ipso præstandi. (*A.* 29, f. 135 [b]; *V.* 85, ep. 1033.)

Ut s. T. XL.

42304. — *Archiep.o Tolosano* mand. ut se informet et referat de petitione capitulariorum civitatis Tolosan., scilicet ut parochia ecclesiæ s. Stephani Tolosan., quæ

Datum *Avenione.*

